Ihs. 102

b

SACRAE VETERVM HEBRÆORVM ANTIQVITATES.

IVXTA FILVM.

CL. VIRI HADRIANI RELANDI.

AC

MYSTICA RERVM SIGNIF. AVCTÆ

A

CLARISSIMO VIRO

GEORGIO HUSZTI

In Ill. Collegio Refor. Claud. primum Philologiæ et LL. OO. mox SS. Theolog. Professore.

PARS PRIMA.

CLAUDIOPOLI

MDCC LXVI. Descripsit Sam. K. Pavai.

Ms. 102

INGRESSUS
in
ANTIQUITATES HEBRAEAS.

Quod felici ac Propitio fiat Numine Aud. Dilectissimi, et Fratres in Xtō Iesu Conjunctissimi! Adgredimur in praesenti Collegium nostrum in Antiq. Hebraeas. hoc animo ac Consilio, ut quo citius fieri potuerit, ad immensi hujus Oceani portum salva perveniamus navicula, ubi quietis accendam sentis adducemus oculis.

Perennis igitur fons veritatis, D. T. O. M. Supplici precе nobis est venerandus, ignorantiae ut in tenebris latentissimum pedibus nostris lumen praeluere velit, atqs ad castigatos purcosque sensus mentem nostram evocet. Ut quo ipsi Gloriosa, Coelo Salutaria, bonisque omnibus accepta sint, enitescere queamus. Ita caecat divini honoris Numinis; ita Verbi Sanctissimi Majestas effulgeat, et ad nobile ejus Studium juventuti Deo devota calcar addatur.

Antiquitates Hebraeas quasito verborum honore ut laudem, haud est neсpe, id modo afferre juvabit: Quaerenti cuidam: Quomodo quis vitam beatiorem agere possit? respondit Periander: τοῖς μὲν παλαιοῖς χρῶν, τοῖς δὲ ὀψοῖς προσφάτοις, Rerum antiqua cum Cognitione mendo, Cibis vero recentibus.

Basilius Macedo Princeps Orientis Regius Filio

pro

suo Leoni 6.to Philosopho, inter alia insigne hoc monitum dedit: Ne veterum res antiquas legere cesses, ex iis enim bonorum virtutes, et malorum vitia cognosces, et ex iis, quae fugias, quae ve imitercis habebis.

Arabes ipsi solenni gratulatione utebantur super his rebus: (1.) si puer ipsis nascerctur, (2.) si egra pullum generosum pareeret. (3.) si poëta apud eos indarcescerct. (4.) si quis Antiquitatum cognitione inter eos inclarescerct. Qui Gentis Arabicae nobilissimae peritissimus indagator existerct. Tali viro, Antiquitatum perito, publice congratulatum ibant. Epulas adparabant. Mulieres Tympana pulsantes, omniaque nuptiali veluti pompa celebrantes, Deibus suae felicitatem vicis puerisqs obviis passim decantabant: Beatos jam se suosque, quibus Antiquitatum peritus contigerit. (•) qui tanquam sacralis alicuis originum suarum seriem inperturbatam servaret. (••) qui fama publicus veluti Praeco, praeclara eorum gesta aeternitati mandaret. (•••) qui ejus veluti Bibliothecam, in qua omnia Gentis Arabicae κειμήλια recondercntur. Ejusque (::) de cornu copiae, ex quo immensae divitiae depromi possent. Sapienter igitur quidam Arabum dixit: Ditissimae opes sunt res antiquae, quas qui excolit, oculos non solum in fronte, et asinus, sed etiam in corde habet. Nam

ut

Ihs. 102

ut Rabbinus Majmonides dixit: Corda Sapientum habent oculos, quibus Sapientes dignum ibi vident, ubi Simplices nihil vident. Neminem ut puto, fugit illud Orientis Adagium: Non est orphanus cujus moriuntur Parentes, sed orphanus est, qui caruit antiquarum cognitione, bonisque moribus destituitur. Duos fanos hocce Adagium hominii proscribit Tutores, (+) Bonos mores, & (=) Rectam antiquarum cognitionem. Hoc Solomon Sapientissimus vocat חָכְמָה וּמוּסָר Sapientiam et eruditionem, et unicuique hoc duo, ut vitae praesidia commendat.

Quum igitur Antiquitatum cognitio tanto sit utilitatis, tantoque majestatis, operam tempusqs abuterer, si Antiquitatum Hebraicarum, |: quo sua praestantiâ, praque, in intelligenda S. Sacra utilitate, majestate, et necessitate nulli Scientiarum cedit :| omnes alias dignitate superat ac absorbet amplissimis laudibus in praesenti inhaerere vellem. Id modo addo bona conscientiâ: (*) Nemo se Theologum (**) Nemo se veri Ministri Ecclesiastici nomen justinere. (***) Nemo Sacram in Ecclesiis Cathedram se cum dignitate ornare pose, absque Antiquitatum Hebraicarum cognitione existimet. Ut verbo absolvam (****) Nemo Prophetas in Bibliis loquentes, nemo Christum, Evangelistas et Apostolos in N. Tō Codice loquentes inte

lige

INGRESSUS in ANTIQ. HEBR.

ligere se putet, nisi Ritus Hebraeorum calleat.

Sed absorberet me sane estus Commendationis, atque in vastiorem altitudinem, ſ: terram tantum quod sobrientem :ſ evehercat, quam ut cursum commode tenerem. Sustinebo itaque ipse me, neque calorem, qui operis initio mentí inſedit, quo me cunque ducere posset, sequar. Verum Rem ipsam absque prologo aggrediar. Ac proinde (a.) Dabo Definitionem Antiquitatum (b.) Earum Divisionem.

(a.) Definitio: Antiquitas Hebraea est Scientia Ritualis, quae agit de cognoscendis veterum Hebraeorum Ritibus Sanctis, eorumque Causis et Rationibus.

Differt igitur Antiquitas Hebraea ab Historia V. Ti. Nam (†) Antiquitas Hebraea pro objecto habet Sanctos veterum Hebraeorum Ritus, Cerimonias, Cultumque Religiosum, omniumq; horum rationes, quarum rationum princeps est typica. Totus enim Cultus Mosaicus, omnes Cerimoniae Leviticae figurarum Typumque habebant Rerum Spiritualium et Veritatum Evangelicarum in Xto demum patefactarum et completarum. Verbo adumbrabant Xtum, Ejusq; officia ac Beneficia vivis coloribus pingebant, ut hoc fusius ubique locis trademus, latentemque sub cortice veritatem Spiritualem, Sensumque Mysticum in

lucem

lucem aperturus proferemus, in quibus etiam Theologio Typico haud contemnendum aspectum dabimus.

(¥.) Historia V. Fti. autem pro Objecto habet Populi Judaici Res gestas, Status varios, et multiplices vicissitudines.

b. Divisionem Antiquitatum Hebr. commode trade-
mus si quatuor ejus Partes constituemus, adeo, ut Pars
(X) ma agat de Locis Sacris. scil. I. De Terra Sancta,
seu Palestina. II. De Urbe Hierosolima. III. De Taber-
naculo Levitico, ejusqs situ. IV. De Atrio Tabernaculi
ejusqs situ. V. De Sancto, et Sancto Sanctorum. VI. De
Templo Imo ejusqs Atriis. VII. De Æde Sacri Templi
Imi. VIII. De Templo 2do. IX. De ejus Spatiis. X.
De Synagogis, una cum Mystica horum significatione.
(I.) da Pars De Personis Sacris, ut de Pontifice Max.
De Sacerdotibus, Levitis, Regibus &c. una cum Mystica
omnium significatione. (II.) Tertia Pars De rebus Sacris
ut de Sacrificiis, eorum variis Speciebus, et Spiri-
tuali sensu. (7) Quarta Pars. De Temporibus
Sacris, ut de Annis, Mensibus, Diebus, Horis,
Festisque Sacris &c.

Ita hanc Antiquitatum Hebraicarum divisio-
nem adornavit Vir, Seculi sui Decus, Rerum Ori-
entalium Apollo, Celeb. HADRIANUS RELANDUS.

Qui

Qui Systema in Antiquitates Hebraeas Publici Juris fecit, adeo eleganti methodo, brevissimis quidem sed darissimis admodum lineis, nemo ut hactenus sit repertus, qui ei in Antiq. Hebr. comparari possit. Virum omnium laude majorem, nos quoq; in readenda hac Scientia, |: et Politicis et Ecclesiasticis Viris, Religionem suam, fideiq; suae mysteria scire ac intelligere amantibus, longe utilissima et necessaria :| in manum sumimus, et pro filo sequemur; hac tamen conditione: ut pluribus in locis, ubi res ita postulaverit, ab ejus opinionibus ac Sententiis modeste dicedere non recusemus. Et quia Vir summus utpote R. ac Cortici rerum incumbens Rationes Typicas et Spirituales ubiq; neglexit, nos eas suis quasq; locis adjungemus. Nam hoc sine Explicatione spirituali sunt ut arena sine calce.

Rem ab Auctore traditam nostro proponemus Stylo; adeoq; monitos vos velim Auditores H. nolite hic expectare Stylum affectatum. Res enim Theologica, cujus Partem Antiquitas Hebr. belle constituit, est elegans sane Matrona, quae mundiciem quidem amat, sed fucum respuit. Non ei placet in re Sancta et Seria Stylus nugatorius. Si igitur Circa nobis erit, clare ut omnia, et ad captum, verbis sensum exprimentibus, enarrabimus, me

mo

moces illius quod dixit Agobardus: quid prodest clavis aurea, si eâ quod volumus aperire nequemus? Et quid obest clavis lignea, si eâ, quod dignum est aperire possumus.

PRIMA PARS.

De LOCIS SACRIS.

Pars hæc continetur 10. Capita I mum De Terra Sancta. II dum De Urbe Hierosolyma. III. De Tabernaculo Ejusqs situ. IV. De Atrio Tabernaculi. V. De Sancto, & Sancto Sanctorum. VI. De Templo Imo Ejusqs Atriis. VII. De Aede Sacra Templi Imi. VIII. De Templo IIdo Ejusqs Spatiis exterioribus. IX. De Templi IIdi Spatiis interioribus, sive de Atrio Magno, et quæ illo continentur. X. De Synagogis.

CAPUT I.

De TERRA SANCTA.

Ut Caput hocce justo, quem meretur ordine decurrat, Agemus (α) De variis Terræ hujus Nominibus. (β) De Situ Terminisque ejus. (γ) De ejus Divisione, ubi

ex

expatiabimur in Samariam, Syriam, aliasq; Regiones extra Terram Israeliticam fitas. (2.) De Privilegiis Terræ hujus in Rebus Sacris. (3.) De fluviis et Lacubus. (4.) De Montibus, Campis, et Vallibus, (5.) De Fertilitate Terræ Canaanis. Denique (6.) De Mystica sive Spirituali ejus Significatione.

(1.) Nomina Terræ Canaanis quod attinet: Noveno ea occurrunt in S. Codice, et apud Auctores profanos. Terra quippe hoc appellatur (a.) Terra Canaan. (b.) Terra Israelitica. (c.) Terra Jehovæ. (d.) Terra promissa. (e.) Terra in Emphasi. (f.) Judæa. (g.) Palæstina. (h.) Syria. (i.) Denique Terra Sancta.

(a.) Vetustissimum Nomen est אֶרֶץ כְּנַעַן Terra Canaan, fit dicta a Canaanis, primis incolis Terræ hujus, qui Canaani erant Posteri Canaanis. Hi Canaani ab Israëlitis terrâ hac partim expulsi, partim in servitutem redacti fuerunt. Illud dictum Noachi vaticinium: Maledictus Canaan servusq; fratribus suis erit. Gen 9: 25. Probe vero hic tenendum: non totam Regionem, quam ex Tribus Israëlis occupavit hac appellatione אֶרֶץ כְּנַעַן Terra Canaanis fuisse appellatam. Sed אֶרֶץ כְּנַעַן Terra Canaanis dicta est tantum illa Regio, quæ ad Jordanis fluvii occasum sit. cis Jordanem fuerat sita. Regio vero ultra seu trans Jordanem sita, a Tribubus Ruben, Gad, et a

dimi

dimidia Tribu Manasses occupata et inhabitata. Terra Canaanis seu ארץ כנען dici non solet, nam ea Regio trans Jordanem ab ארץ כנען a Terra Canaanis patam distinguitur Jos 22: 9. Reversi sunt filii Ruben, filii Gad, dimidiaq; tribus Manasse a filiis Israël is e Schilo, quæ Schilo est בארץ כנען in terra Canaan, et profecti sunt in Terram Galaad, possessionis suæ terram. Terra Galaad vero designat sæpe omnem Regionem ultra Jordanem. (**) Solidius est Argumentum Jos 22: 32. Reversus est Finias filius Eleazari omnesq; Principes a filiis Ruben et Gad e terra Galaad in terram Canaan ad reliquos Israëlis filios.

Rem adhuc confirmat, quod Deus ex ipsis qui Aegypto egressi fuerant, nulli præter Josuam et Calebum concesserit ingredi in Terram promissam. Scil. in Terram Canaanis Num 14: 30. et 20: 12. Ipse Moses, ante ejus obitum, ostendit quidem Terram Canaan, sed ipsum eo ingredi non concessit Deut. 32. 49-52. Verum tunc jam erat occupata tota Regio trans Jordanem, ipseque Moses dederat eam habitandam Tribui Ruben, Gad, et dimidiæ Tribus Manassis. Ex his patet: Regionem illam, quæ ad Orientem Jordanis est, nomine Terræ Canaan venire non posse.

Verè igitur dici potest: quod cum Israëlis Tribus uti Tribum Ruben, Gad, et dimidiam Manasses

Por

portionem in Terra Canaan late melleq; fluente nullam habuisse, sed extra eam habitasse. Totam igitur Terram Canaan possidebant non nisi 9 novem tantum Tribus, et dimidia Manassis. Bocharctus in Hierozoico pag 1090 et 305. In Canaan et Phaleg pag 247. et Lightfotus in Chronographicis scribunt: Montes Galaad, Hermon et Basan esse in terra Canaan, adeoq; Canaanis nomine venit etiam Regio trans Jordanem, quo ad orientem Jordanis est. Sed Viri hi Summi prodere morem Scriptorum Sacrorum loquuntur ita.

Denique subnoneo: in S. Codice Terram Philistæorum quoque venire nomine Terræ Canaan, ubi erant Urbes Philistæorum, Ashalon, Gaza, Asdod, Ekron, et Gath. Zefan 2:5. Verbum Dei contra vos כְּנַעַן פְּלִשְׁתִּים Ó Canaan, Terra Philistæorum. Ita Incolas Phœnices, Tyrii, Sidonii, alique, quia a Canaanis ortum duxerunt, dicti sunt Cananæi. Ita Mat. 25:22. Mulier illa quæ clamabat: Filii Davis miserere mei, filia enim mea vexatur a Spiritu impuro, dicitur Cananæa, quæ Marc 7:26. dicitur Συροφοινίκισσα. Ita Reges Cananæos Jos 5:1. Interpretes Alexandrini reddunt οἱ βασιλεῖς τῆς φοινίκης Reges Phœnicis.

(b)-do Adpellatur Terra Israëlis ארץ ישראל
Expulsis enim Veteribus incolis Cananeis, Israelitæ terram
hanc occuparunt ac inter se subdiviserunt 1 Sam 13: 19.
2. Reg 6: 23. Ezechieli solemni est adpellare ישראל
ארצה Terram Israelis Cap. 7. v. 2. Deus adpellat
ארצי Terra populi mei Esa 37: 18. In M. Ms
codices ארץ יהודה

BB. Ὀνοματολογία adpellatio Terra Israël longius
patet quam Terræ Canaan: Quippe (*) Terra Canaan ea
tantum complectitur Regiones quæ est cis Jordanem. Quam
9 Tribus et dimidia Manasses occupavit, et possedit. Sed
Regio trans Jordanem, quam tribus Ruben, Gad, et dimi-
dia Manasses occuparunt, Terra Canaan dici nequit. Ve
rum (**) Terra Israëlis dicitur et cis et ultra Jorda-
nem sita Regio, seu universa Regio, quam 12 Tribus Israë-
lis occuparunt et possederunt. Omnes enim 12 Tribus
erant posteri Israëlis, dictique Israelitæ 1 Chron 13: 2.
2 Reg 14: 15.

(C.) Dicit יי אל ארצ Terra Jehovæ Hos 9: 3.
non eo sensu quo universa Terra, imo totus Mundus Dei
est. 1 Cor 10: 28 τοῦ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς
Domini est terra et plenitudo ejus. Sed singulari modo
dicit Deus hanc esse terram suam; Quatenus Majestas
Dei hac in terra Israëlis magis quam alibi terrarum
residebat. Unde ad Locum Hos 9: 3. dicit Paraphrastes

Chal

Chaldaeus ארעא שכינתא דיי Terrarum Majestatis Dñi.
Doctissimus Pentateuchi Interpres, Rabbi Dei
hai 13 Rerum meminit, quae in Sacro Codice singu-
lari ratione Res Dei dicuntur. (1) ma Res aurum et
argentum, Hag 2: 8 לִי הַכֶּסֶף וְלִי הַזָּהָב aurum et ar-
gentum meum est. (2.) Sacerdotes Exod 29:1. Sacer
dotio mihi fungantur. (3.) Levitae Num 3: 13.
Sint mei Levitae. (4.) Populus Israëlis Levit 25:
55. Mihi filii Israëlis servi sint. (5.) Primo geniti
Num 3: 13. Meum est omne primogenitum (6.)
Altare Exod 20: 24. Altare terrarum fac mihi.
~~primitias~~. (7.) Primitiae Exod 25. 2. Accipiant
mihi primitias. (8.) Oleum unctionis Exod 30: 31.
Oleum sanctae unctionis erit mihi. (9.) Taberna
culum Exod 25: 8. Faciant mihi Sanctuarium.
(10.) Oblationes Num 28: 2. Offerant mihi oblatio-
nes. (11.) Regnum Generis Davidici 1 Sam 16:
1. Inter filios ejus Regem mihi provexi. (12.)
Seniores populi Num 11: 16. Congrega mihi 70
Seniores populi. Tandem (13.) Terra Israëlis

Lev

Lev 25: 23. Hoc Terra mea est. Haud desunt Rationes, ob quas Tera hoc Specialiter Terra Dei dicatur (•) quia dicitur Deus Terræ hujus Dominus Lev 25: 23. (••) quia Israelitis, tanquam colonis eam possidendam dedit Ezech 37: 25 Et habitabunt in Terra, quam servo meo Jacobo dedi. (:) quia ipse Deus Israëlitas in hanc Terram manu sua induxit, vetericibus Colonis inde pulsis. (::) quia primitias decimasq; hujus Terræ sibi debitas percipi jussit ut Dominus Terræ. (:.) quia favoris sui signa ita Deus Terræ huic inseparabat, ut cum ejus erat, scil. Anno Sabbathico, Orphanus Terra illa proventum ferret. (:.) Hic tabula Dei fœderis Regia Schechinna, Templum scil. Hierosolimitanum. Hic Ministri, Purpuratiq; Dei, scil. Pontifex Maximus, Sacerdotesq;. Illic Mensa Dei, Focus et Altare, Omnis verbo cultus Divini adparatus. Huc procul dubio respexit Paraphrastes Chaldaeus quum יהוה אדני explicat per Terram Majestatis Divinæ. Vates Jesaias 8: 8. Terram hanc appellat Terram Immanuelis

quā.

quâ excellenti ὀνοματολογίᾳ innuit Vates: (+.) Immanuelem seu Messiam fuisse Servatorem Israëlis. (∓.) Messiam ab Israelitis diu expectatum, tandem in hac terra comparciturum, eamq; pedibus calcaturum. (∓.) Messiam in hac terra cum hominibus Communionem habiturum, adeo ut gloriosum sibi putarent Messiam appellare Immanuelem i.e. Deum nobiscum.

(d.) Audit Terra promissionis sive promissa Hebr. 11:9. γῆ τῆς ἐπαγγελίας. Nam Deus ἐπηγγείλατο promiserat eam se daturum Abrahamo Episq; Semini Gen 13:15. Unde egregie Ambrosius: Terram hanc non brachio, non gladio esse capiendam, sed fide promissionis. Hic quoq; observandum: Regionem trans Jordanem, a Tribubus Ruben, Gad, et dimidia Manasses occupatam, nomine Terræ promissionis non venire Num 32:11. Non videbunt terram illam fail. promissam, homines illi qui ascenderunt ex Aegypto a viginti annis et supra, quia noluerunt me segui: illi igitur de quibus dixit Deus: Non videbunt Terram promissionis, ultra Jordanem consederunt. Item Deut 31:2. dixit Deus ad Mosen: non transibis Jordanem hunc, i.e. non intrabis Terram promissam. Atqui Moses fuit tunc in Regione

gione Tribus Ruben, Gad, et dimidiæ Manasses, ibique mortuus est. Ergo Regio trans Jordanem, quam tribus Ruben, Gad, et dimidia Manasses occupavere, non potest Terra promissionis dici.

(c.) κατεξοχην, in Emphasi audit ארץ simpliciter secundum Josephum ἡ χωρα absque addito alio Epitheto. Ita Judæi soepe appellant ארץ Ruth 1:1. בארץ ב ה ר עב ב ה ר עב et erit fames in terra, i.e. in sola terra Israëlis erit fames non alibi, nam in Moabitide nulla fames erat, nam Elimelech ut se fami abduceret, profectus est Moabitidem. Ergo ὁλη ἡ γη et παϛα ἡ γη aque de sola terra Israelis, quam de toto terra cum orbe in S. litteris sumitur, et apud Judæos græce loquentes. Ita (•) 1 Reg 17:7. בארץ ה ר ה ד מטר לא היה Non erat pluvia in terra i.e. in terra Israëlis. (••) Ita Jacob. 5:17. Per 3 Annos et 6. menses, ad Preces Elias, non fuit pluvia επι της γης super terra i.e. terra Israëlis. (•••) Adde Luc 4:25. Ita Mat 27:45. Tenebræ exstiterunt 'επι παϛαν την γην i.e. pendente Christo in furcali pegmate, tenebræ exstiterunt, non alibi nisi in sola terra Israëlis, non Roma, non alibi. Licet J. Relandus in sua Palestina Lib I. Cap. 5. contendit: tempore passionis Christi in Cruce, non tantum terræ Israëlis, sed toti, qua patet terrarum orbis inductas fuisse tenebras. Cujus vivi Summi Argumenta non

me

memoramus, nec tanti Doctoris sententiæ subscribimus.

(f.) Appellatur Terra hoc Judæa, qua de Appellatione ut quidquam loquar necesse haud est.

(Eg.) Septimo audit Palæstina, quod Nomen non a Judæis modo, sed etiam a Gentilibus, Mohamedanis, et Xtianis usurpatum. Certum est nomine hoc Palæstina designatam fuisse illam præcipue Regionem, quæ fuit cis Jordanem. Nam iis seculis, quibus nomen Palæstinæ in usu fuerat, habitabant Judæi, maximam partem cis Jordanem. Sunt tamen Scriptores, qui universam Regionem a Judæis habitatam et cis et ultra Jordanem vocant Palæstinam (•) Græci quoque Scriptores meminerunt Palæstinæ, ut patet ex Dione Cassio aliisque. Photio in Bibliotheca pag 1311. Judæos vocat τοὺς ἐν παλαιστίνῃ δυσεβεῖς impios Palæstinæ incolas. (••) Latini quoque Scriptores tum in soluto, tum in ligato sermone usi sunt nomine Palæstinæ: ut Cicero, Flavius Vopiscus, in vita Aureliani. Tacitus Palæstinæ memorat. Statius Lib 3. Carm. 2. --- latius qui Ductor ora
Signa, Palæstinasque dedit frenare cohortes.
Ovid. in Fastis aquarum Palæstinæ memorat:
Venit ad Euphratem comitata cupidine parvo,
Inque Palæstinæ margine fecit aquæ.

Adde

Adde Nummos Titi Vespasiani Imperatoris, ubi una parte legitur: Palestina Colonia P.R. populi Rui, altera vero parte T R. D. J. i. e. Triumphus de Judea.

Mohammedanis quoque notum est nomen Palestinæ, vide Tamerl. pag. 182. Et maximus pag. 19. et Tabulas Geographicas Ulugbegi editas a Gravio pag. 38. et.

Regio Philisteorum quoque dicta est παλαισινη a Jos. Joseph. in Antiq. Judaicis. Sed quum Terra Israëlitarum nomine Palestinæ dici coepit, tunc Philisteorum illa Regio amisit nomen Palestinæ, et dici cepta est γη αλλοφυλων terra alienigenarum. Judic 3:3. πεντε σατραπειας των αλλοφυλων, quinque principatus alienigenarum scil. Philistæorum.

(h.) Audit quoque Syria Palaestina, hoc Nomen Terræ Israëliticæ, vel saltem magnæ ejus parti tribuit Pater Historicorum Herodotus Lib 7: Cap. 89. Ita et Joseph. Antiq. Lib 8. nomen Palestinæ Syriæ huic Terræ adscribit, scribens: 'εν τη παλαισινη συρων In Palestina Syra præter Judæos nemo circumcidi. Diutius quoque Celesyra, Idumæa, Phoenice. Denique

(i) Audit Terra Sancta, tam in SS sacra, quam inter Judæorum et Xtianorum scriptis. Judæi anili superstitio

ne

ne imbuti, singularem, pro omnibus aliis terris, terræ suæ Sanctitatem vimq; Sanctitatis adscribunt, Glebam, Fractum, fines, pulveres, aëra, aquasq; peculiari Sanctitate pollere existimantes. E contrario omnium aliarum Gentium Terras, earumq; Glebas, pulveres, aquas, aëra &c. profana dicebant, adeo, ut alicuius terræ glebæ, pulveres, aquæ &c. etiam si in terram Canaanis inferrentur, tamen ibi quoq; profana esent.

Hinc multi errores apud Judæos usi (†) mo si quis ex Abrahamine semine natus extra fines palæstinæ fuerit sepultus eum die Judicii extremo in vitam restitui non posse: quare cadaver ejus per cavernas subterraneas deberet devolvi in terram Israëlis, ibiq; resurgere. Quam devolutionem appellant תְּחִיַּת הַמֵּתִים Volutationem mortuorum. Somniant enim Judæi, vim Resurgendi tantum Terræ Canaanis esse alligatam. Huc detorquent illud Ezech 37:12. Aperiam sepulcra vestra, educam vos e sepulcris vestris, et introducam vos in terram Israël. Hinc est (‡) quod Israëlitæ extra palæstinam degentes, hodiedum multi, cupiant ire in palæstinam, ut ibi moriantur, ne tandem post mortem cogantur illam devolutionem in Terram Israëlis subire. Rabbini in hac תְּחִיַּת הַמֵּתִים devolutione mortuorum in Terram Palæstinæ, tanquam in speciosa Helena sua exornanda, nimis soliciti sunt Parides. ⊙ De

xeschit Rabba, antiquissimus in Genesim commentarius ait: Ideo omnes patres in Terra Israelis volunt sepelliri; quia cadavera illa in Terra sepulta omnium prima resurgent, et fruentur diebus Messiæ. (..) Hinc Gemarici Rabbini dicunt: qui in Terra Israëlis sepelliture, tantundem est, ac si sub Altari Dei sepelliretur. (:) Abarbanel Rabb. ait: Qui extra terram Israëlis degit, idem est, ac si Deum non haberet. (::) Rabb. Simon etiam meatus subterraneos divinitus paratos dicit, per quos Judæorum cadavera, extra Palæstinam sepulta in Terram Israëlis devolvantur, ibique tandem resurgant. Ex his patet, quantum nugentur Judæi de Terra sua speciali Sanctitate.

Quum vero plerumque fit, ut sequatur vibians vana opinionis hujus Judaica, longe male sana, contagio multos etiam e Xtianis infecit, adeo ut Palæstinæ præcipuam quandam Sanctitatem, Victutem ac Decorem bonæ fragrantiæ adscribant. In loto hocce eximie versantur Papistæ, qui solide vereque cœlestis Sanctitatis ignari, eam in locis variis, ut in Marci cella, aliisque. In Monimentis visibilibus, lignis lapidis cœmentis, Sepulcris horum vel illorum Sanctorum, in Cruce in pictis imaginibus &c. quærunt, indelebilem Majestatem iis adscribentes. Hinc Palæstinam hodiedum, præ reliquis orbis terrarum partibus, sanctiorem adhuc venerare non verentur. Unde sanctum illud

Dictum

20.

Bellum, alias detestandum, fuerat exortum, quod Universam Europam, ut pestis gravissima, opibus et incolis pene exhaurierat, Seculo 11 et 12. Quibus in Turbis Pontifices Rmi sedemque maximo fixmam vacillarant. Sed magis mirari subit, quod Celeb. Auctor noster in eximio suo opere, quod Veterem Palestinam inscribit, in eam concesserit Sententiam, ut Palestina hodiedum Sancta et reverenter habenda sit. Tanti Viri, in Regnum Orientalium Scientia facile principis, errore, in tanta Reformationis et Eruditionis luce minime fando tolerandus.

Nos quantum attinet dicimus: Omnem Terræ Jerusalemitidæ sanctitatem, dignitatem et Majestatem, fuisse tantum Symbolicam, umbraticam, et typicam. Quæ Sanctitas exorto Sole Justitiæ Xto, qui universum terrarum orbem illuminavit, jam evanuit; adeo ut hodie Terra Israëlis, præ reliquis orbis terrarum partibus sanctior non est! Sanctiore quidem illa præ aliis Regionibus habita est ad tempus, (·) quod Deus ibi sedem sibi fixerat. (:) Prophetiæ suæ signa visibilia in Templo Hierosol. habuit. (::) quod Cœlestis Canaanis typus Terra hoc fuerit. (:::) Spirituale tum in Gratia, tum in Gloria, Possessionem figuraverit. (::::) Quæ tenus Sancta dici possunt ea illa, quæ Ecclesiæ eiusque Regnum obscuris lineamentis adumbrabant olim.

Cæter

Operam pretium fuerit, ad intelligendos Rabbinos, Decem Sanctitatis gradus, quorum Auctor § I. mentionem injicit, diligenter percenseare.

(I.) Primus Sanctitatis gradus locumque assignant Rabbini, Urbibus moenibus cinctis; quo sanctiores habebantur pagis, agris, omnibusque locis aliis in Palestina. Ratio (•) quia leprosi Urbibus ejiciebantur, et in agris degere cogebantur. (••) quia capite damnati extra Urbes debebant mortem asci. (:) Cadavera humana non poterant in Urbe sepelliri. In aliis Palestinae Urbibus interdum poterant mortui sepelliri, sed Hyerosolimis nunquam, nisi Regibus a Davide ortis, et Huldae Prophetae concessum est Monumentum sepulcrale Hyerosolimis.

(2) dus Sanctitatis locus gradusque datus est Urbi Hyerosolymae, quae praecipuo Sanctitatis elogio in Sacris quoque celebratur. Cujus Eminentiae et Sanctitatis Specimina multa apud Talmudicos celebrantur. (•) quod sacra, Decimoque (:uti secundum quosdam Agnus Paschalis:) Hyerosolymis comedi poterant, non vero in aliis Palestinae Urbibus. (••) Cadavera ne quidem ne quidem pernoctare ibi poterant. (:) Domos ibi locare, vel vendere alienigenis non licebat. Unde Proselito Portae i.e. inquilino, sedes ibi non dabatur. (::) Nulla Sepulcra ibi ejus poterant nisi Regum Davidicarum, et Huldae Prophetae. (:) Nulla Sordes, stercus

qui

22.

quilina, domusq; leprosa ibi permittebantur esse.

(3) tius Sanctitatis Gradus tenebat in ipsa Urbe Hyerosolima existens Mons Templi, cujus area reliquam ibi terram Sanctitate superabat. Eo enim religiosius erat ascendere iis, qui menstrui sanguinisque fluxu laborabant. Item Mulieribus puerperio defectis. Qua de re infra fusius.

(4)-tus Gradus Sanctitatis dabatur Spatio Templi exteriori, seu ante muros in ipso monte Templi, Quod cæteris locis spatiisq; extimis Sanctius habebatur. Inde enim Gentiles excludebantur, quibus montem quidem ipsum conscendere licebat, sed nefas erat Septum illud transgredi, quo spatium hoc erat seclusum. Hoc igitur Spatium ingredi non solum Gentiles, sed etiam Israëlita tactu cadaverum polluti, non permissi sunt.

(5.) Atrium Mulierum Spatio ante muros sanctius habebatur, quo ingredi non poterat pollutus ille, quem Rabbini appellant טְבוּל יוֹם Lotum diei. Lotus diei erat pollutus ille, qui ab immunditie sua lotus quidem et purgatus erat, sed tam ejus diei, quâ immunditiem contraxerat, vespertinam expectare debebat, nec ante vespertinam purus censebatur Lev. 14. 15, 16, 17. Abluet vestimenta sua, et Corpus suum, erit que immundus, usq; ad vespertinam, postea mundus erit, et ingredi poterit in castra.

(6.) At

(6.) Atrio Mulierum sanctius erat Atrium Virorum, seu Israelitarum. (*) quia huc Mulieres ingredi non poterant. (**) nec Viri Israeliti ingredi poterant, qui macula sua exsoluti quidem erant, sed tamen Sacrificium expiatorium, quod purificationem eorum comitari debebant, nondum obtulissent. Talis erat leprosus, fluxu seminis laborans ex mente Talmudicorum.

(7.) Atrium Sacerdotum Sanctitate sua superabat duo procedentia atria, huc enim tantum ii poterant ingredi, qui jure Sacerdotii gaudebant. Tenendum tamen est: omnibus Israëlitis aditum patuisse in Atrium Sacerdotum, quum ad victimas ad altare sistendas habebant, coeteroquin Cerimonias Sacrificales, tunc enim eorum progentia requirebatur ad manuum impositionem.

(8.) Octavum Sanctitatis gradum tenebat Spatium illud, quod Ædem Sanctam proxime contigebat, situm inter Altare Æneum et Vestibulum Sancti. Ex hoc loco accedebantur Sacerdotes (1) qui aliquod corporis vitium interdum contrahebant. (2.) qui Caput pileo Sacerdotali tectum non habebant. (3.) Sacerdotes Bacho Caput percussi, i.e. ebrii. (4) Qui Capillos sine lege positos hyspidos habebant. (5.) Qui pedibus, manibusque illotis erant.

(9.) No Gradu progrimur ad ipsum Templum ejusque Aedem anteriorem, quo proprio nomine dicebatur

batur Sanctum: quò nulli Sacerdotum ingredi fas erat, nisi multa cæremonia lustrato. (•) Unus Munus Sacerdotale obeundum erat. (••) Cum suffitum excitare debebant. (:) Candelabrum accendere debebant. Hæc tamen sine discrimine Sacerdotibus in Sanctum patebat aditus, nisi illius tantum, quibus vices ministrandi erant.

(10.) Ultimum Summumq; Sanctitatis gradum habebat Sanctum Sanctorum, Majestate tanta tantaq; præditum Religione, ut soli Pontifici Maximo pedem eo inferre liuerit, idq; semel tantum in Anno, et non sine solicitudine summa farcoque horrore, ne mortem divinitus immittendam obice cogere. tur, si quicquam minus decore administraret, aut ultra legitimum temporis spatium in intimo Sacrario morans traxisset.

Hæc omnia veluti Sanctitatis Repagula et claustra suis pœnis sancita fuerant, et ad omnium Reverentiam posita, adeo, ut si quis data opera hoc violaret, obnoxius tangeretur remendo illi Judicio, quod כרת excisio e Gente Israelis dicitur in lege Mosaica. Gen 17: 14. Exod 12: 15-19. Num 15: 30, 31. Si quis vero ex ignorantia hoc violasset, ejus crimen solemni Sacrificio expiandum erat. Atque hæc de Sanctitate Templi Israelitico, secundum Talmudicorum placita dicta sufficiant.

B.-do

(B.) dō De Situ Terminisque Palestinæ §. 1. 2 dō Fines ejus ad Austrum ארץ מצרים Fluvius Aegypti, quo nomine non Nilus, sed fluvius ad quem Urbs Rhino Colurea sita fuit intelligendus est &c. Veteres Palestinam fitam fuisse ajunt: respectu Orbis universi: in Umbilico seu medio Terræ. Idque probant ex Ezech 5:5. Ubi Deus dicit: se posuisse Hyerosolymam in medio Gentium. Et 38: 12. Ubi Israelitæ dicuntur habitasse in umbilico Terræ. Ita Kimchius ex Locis his, Rajchius, Theodoretus et Hyeronimus in Comment. ad Ezech. Ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν τῆς γῆς Super umbilico Terræ, Palestinam fitam fuisse ajunt. Ast qui Scientiam Physicam vel primis labiis degustarunt, procul nocunt, Terram esse sphæricam, vel si malis sphæroideam. Quare negatur is, qui umbilicum, seu punctum medietatis in Tellure quærit, nam id ubique est, et tamen certo alicui loco adfigi nequit. Ergo dicere: Palestinam in medio Orbis Terrarum esse fitam, est nugatorium. Nec respectu Orbis habitabilis vel jam detecti possumus determinare, an in medio habitabilis Orbis jaceat.

Prodeo quoque Gentiles, Scientia Physica parum periti somniabant Athenas suas in umbilico Telluris sitas esse. Tradunt enim Jovem duas Aquilas

mani

manibus suis emisse, unam in Oriente, aliam in Occidente, ut una earum versus Occidentem, alia versus Orientem volatu contenderent, et quidem via regia, et ubi ambo concurrerent, ibi Athenarum Urbs conderetur. Vide Xenophontem de Athenis scribentem, in Libro, quem Πολιτεια dopellat pag 920. Idem de Delphis notarunt Veteres. Ita Ovid Lib 10. Metam. v. 167 - - - - et Orbe

In medio positi caruerunt Prospice Delphi.

Unde dopellarunt Delphos ὀμφαλον της γης Umbilicum Terrae. Vide Hesichium in voce ὀμφαλος ita scribentem: ὀμφαλος ζυγος το μεσον Umbilicus jugi medium. Euripides in Oreste v 330 ita de hac re ludit:

Τριποδος ἀποφαθεν ἀν ὁ φοιβος
ελακεν, ελακη, δεξαμενος ἀνα δαπεδον.
Ἱνα μεδομφαλοι λεγονται, μυχοι γας
Oraculum ex Tripode quod Phoebus,
Dixit, Dixit accipiens in solo.
Ubi fertur esse umbilicus terrae.

Parnassum quoq; somniabant Veteres in Meditullia esse situm, non procul a Delphis. Ita et alia loca. Scholiastes enim Pindari scrit: Jovem Apollinem alios q; Deos, non in finibus extremisq; partibus Orbis terrarum, sed in meditullio habitasse. Ita Gentiles

pro

prærogativam habebant in eo, si eorum Patria in medio orbis terrarum sita esse dicatur.

Septentrionalis Regis, dicimus: Palæstinam respectu Universi orbis sitam esse in Hemisphærio Boreali, inter 4tum et 5tum Clima, ubi Dies longissimus est H. 14 Horarum et aliquot minutorum. Altitudo Borealis, sub qua Palæstina jacet est 32 Graduum. Quippe secundum Ptolomæum sita est in latitudine Graduum 31. et Minutorum 40.

Respectu Gentium Vicinarum autem Palæstina sita est taliter:

(1.) Ad Austrum sive Meridiem respicit Palæstina Ægyptum, Vide Cirillum in Comment. ad Esa L. 2. Tom 2. pag. 239. Obs. Ægyptus tamen ab Austro non est contermina Palæstinæ, ut plerique putant; nam inter Ægyptum et Palæstinam est ingens Tractus, sed desertus, arenosus, siticulosus, qui nec Ægypti nec Palæstinæ partem facit: sed pertinet ad Arabiam petræam, Quæ Arabia Petræa australi palæstinæ parti adhæret, estq; media inter Ægyptum et Palæstinam. Hoc vero Spatium desertum se se porrigit ab Urbe Rhino colurca ad Pelusium Ægypti oppidum. In hoc deserto Ægyptum inter et Palæstinam, habitant dispersim ~~Judæi~~ Arabes. Sicq; Arabes Israëlitis proximi sunt Vicini a parte Australi. Ergo Tertia Israëlitica fines, qui Tribui Judæ sorte obtigerant, ad Austrum attigerant terminos Regiones Dom Jos 15: 1, 21. 11: 17. 12: 7. Num 34: 3. Denique ad Australem Palæstinæ partem confederant Amalechitæ,

Gens

28.

Pens ab Dumois diversa Exod 17: 13. Num 20. 18.

(2.) Ad Septentrionem Palestina conterminus est Syria seu Phoenice.

(3.) Ad Orientem contingunt Palestinam (·) Arabia deserta pars. (··) Terra Nabathaeorum. (∴) Terra Edomaeorum, seu Arabum Scenitarum. (⁘) Terra Mediterraneum. (⁙) Moabitarum. (⁝) Ammonitarum. et (⁞) Ituraea.

(4.) Ad Occasum Palaestina conterminum est Mare magnum seu Mediterraneum. Atqs ita Plaga illa Palestinae occidentalis dicitur Hebraeis simpliciter ים Mare Esa 49: 12. Ecce illi venient e longinquo, Ecce illi ab Aquilone מצפון et ab occasu spre. a Mari. Hinc cum ים pro reg. תימה versum mare, i.e. occasum versus Jos 15: 12. Gen 38: 14. Hoc Mare appellat Moses: Mare Philistaeorum Exod 23: 3. Quippe ad hoc Mare habitant Philistaei. Item appellatur Mare magnum Jos 1: 4. oppositum ad Lacum Tiberiadis. Atqs hoc de situ Palestinae, tum respectu totius orbis terrarum, tum respectu Gentium ei vicinarum ad 4 mundi Plagas.

§ 3.

(5.) Divisio Palaestinae §. 3. ubi spatiabimur in Samariam, Syriam, aliasqs Regiones extra Palestinam sitas. Ubi hic nobis ordo erit: (†.) Tabimus Palaestinae Partitiones Veteres §. 3. (†.) Partitiones novas §. 4. (†.) Agemus de Samaritanis §. 5. (†.) Quarto de Syria §. 6. (†.) Quinto de Finitimis Syriae §. 7. (†.) Sexto de Regionibus extra Palaestinam sitis §. 8.

† Pri

(†.) Primo videnda est Vetus Partitio Palestinæ: quæ de re sic Auctor §. 3. Olim quidem divisa fuit hæc Terra in Regnum Sichonis et Og etc.

Inter Veteres Partitiones Terræ Israëliticæ accrescit ⊕ primo ea Partitio, qua Terra hæc divisa fuit inter posteros Canaanis, primos hujus Terræ Incolas. Hb. Horum Cananeorum pars erant Emorræi. Qui (·) Trans Jordanem consederant, (·) quibus imperabant Sichon et Og. |: Ergo ita Regio trans Jordanem etiam potuit dici Terra Canaan ab ipsis Canaanis :| Recte ergo monet Auctor: tunc temporis Terram Israëliticam divisam fuisse (+) in Regnum Sichonis et Og, quod Regnum trans Jordanem jacebat. Et (≠.) In Regiones reliquarum Gentium Canaanæarum cis Jordanem confidentium. Hæ Canaanæi partim cis, partim trans Jordanem habitabant. Vide Num 21: 21. et seq. Jos 24: 8, 11, 12.

Hb. Gentes Canaanæa cis Jordanem habitantes, ante adventum Israëlitarum in Terram Canaan, fuerunt septem scil. Chittæi, Girgasæi, Emorræi, Perizzæi, Chivvæi, Canaanæi, et Jebusæi Jos 3: 10. Deut 7: 1. Atqui hæ septem Gentes omnes fuere Canaanis posteri, tamen non omnes dicuntur Canaanæi, sed una tantum Gens dicitur Canaanæa. Cujus rei Rationem in tanta rerum antiquarum caligine nemo dare potest. Reliquæ Gentes adpellantur singulæ de Filiis Canaanis.

Ham

Ham Canaan varios habuit filios:

(1) Tzidon unde Tzidonoi vel Sidonii.
(2.) Ket, unde Kittoi.
(3) Emor, unde Emorroi.
(4.) Tebus, unde Tebuzoi.
(5.) Girgas, unde Girgasoi.
(6.) Chivvi, unde Chivvoi.
(7.) Arcki, unde Arckii.
(8.) Sini, unde Sindi
(9.) Arvad, unde Arvadi
(10.) Tzemari, unde Tzemarodi
(11.) Chamat, unde Chamati Vide Gen 19; 19. seq. Sedes horum describuntur Gen 10: v 19. Erat terminus Canaanorum a Sidone |: qua itur Geraram :| usque Garam; et a Gara |: qua itur Sodomam et Gomorram :| usque Lasciam.

Septem Gentes Canaanorum scil. Kittoi, Girgasoi, Emorroi, Canaani, Perizzi, Chivvoi, Iebusi diuntur contra Israëlitas, duce Josua Jordanem transgressos pugnasse. Jos 24: 11. At Gen 15. v. 19. et seq his septem Gentibus accenseuntur adhuc 4. Gentes, Kenoi, Kenizzoi, Cadmonoi et Rephaim qui Gigantes fuisse perhibentur. Sed illa Gentes non in Canaan habitarunt,

Seq

sed ad Libanum, aliisque in Regionibus ad Euphratem.
Obs. Gen 15:19. seq. Undecim Gentes debebant recenseri,
sed decem tantum recensentur, Cinsi enim excludun-
tur, qui tamen in versione Græca, et in contextu Pana-
relli Hebræo Samaritani adduntur. Alibi verò 6, aut
6. recensentur Gentes, Exod 3:8. 13:5. et 23:23. Ratio
quod ibi præcipuæ tantum Gentes recensentur, missis aliis,
quæ aut parvi momenti erant, aut ab aliis subjugatæ,
et alieno nomine veniebant, et in alias Regiones de-
migrabant.

(☿) Partitio Terræ Israeliticæ facta erat inter
XII. Tribus Israëlis, pro numero XII. filiorum Iacobi.
Ubi ergo Israelitæ Duce Josua Terram hanc occupa-
runt, illam, pro numero 12. Tribuum, in 12. partes
subdivisere unt: e quibus tamen 12. Tribubus (•) Ipsa Tri-
bus Levi nullam portionem sibi propriam obtinuit. (••)
Hæc Tribus Josephi. Igitur (+) Tribus Levi 48 Urbes for-
te sunt assignatæ in reliquarum Tribuum portioni-
bus Num 35: et Jos ~~16~~.21. (≠) Denique Sors et portio
illa, quam Josephus emere debuerat, filiis ejus scil Ma-
nasi et Ephraimo obtigit Jos 16. Sic Terra Israeliti-
ca tutis portibus, in 12. partes primum est divisa.
Tribui Levi quoque tanta pars obtigit, quanta alteri cui
libet Tribui; sed Portionem illam Tribus Levi reliqui
Tribus occupaverunt, et inter se subdivisere unt. Tribus

Ruben

Ruben, Gad, et dimidia manasses ultra Jordanem consederce. Reliquos autem 9. Tribus, et dimidia manassis, cis Jordanem sibi sedem fixerunt. Terminos autem singularum Tribuum definitos habemus Num 32 et seq. Jos 13 et seq.

Ima Tribus cis Jordanem fuit Tribus Judæ cui Tribui quædam Urbes forte obtigerint. Vide Jos 15:22. et seq.
2da Tribus Simeon. Cujus Urbes vide Jos. 19.
3-ia Tribus Dan ejus Urbes vide Jos 19: 41, et 21.
4-ta Tribus Beniamin ejus Urbes vide Jos 18.
5-ta Ephraim. 6ta Issachar. 7a Aschar. 8va Zebulo. 9na Naphtali. 10ma Dimidia Tribus manasses, quarum omnium Urbes. Item Tribuum Ruben, Gad, et dimidiæ Manasses, ultra Jordanem habitantium Urbes recidit Josue.

Tertia Divisio Terræ Israelitica est Salomonea. Salomon enim in Regiam Majestatem evectus totam Israelis Terram divisit in 12 Regiones, singulis Satrapas proponens, i.e. profectos frumentarios, qui singulis mensibus frumenta adminigrarent Aulæ Regiæ 1 Reg 4:7. Hac divisio a Salomone instituta magnam lucem addit Historiæ Sacræ, locisque obscurioribus in S Sacra.

Quarta Divisa est Terra Israelitica, sub Rehabeamo seu Roboamo Rege Salomonis filio |: qui Patri Salomoni in Regno successit :| in duo Regna, scil. in Regnum Judæ,

et

et Regnum Israëlis. Regno Judæ duo adhæserunt Tribus, scil. Tribus Juda, et Tribus Benjamin. Regno Israëlis vero adhæserunt reliquæ decem Tribus, Regemq; primum sibi habuerunt Jeroboamum Ephraimitam, Reip. Judaicæ turbinem, et omnis seditionis concitorem. Sic funesto divortio populus Judaicus in duas scissus est partes 1 Reg 11:31. et 12:1. seq. 2 Chron 15:9. Tandem cum Israelitæ novissime in captivitatem abducti sunt, per Salmanasarem Assyriæ Regem, Regnum hoc Israëliticum collapsum est. Vide 2 Chron 34:6. Hæc de veteri Partitione Terræ Israëlitica.

(♀)-do Tradenda nova Partitio Terræ Israëlitica § 4. Stante Templo 2do divisa est (1.) in Judæam, (2.) Samariam. (3.) Galilæam. (4.) Peræam. et (5.) Gaulanitin etc.

Stante Templo 2do, cum Gens Herodis rei Judaicæ præesset, divisa est Terra Israëlitica in Tetrarchias et Toparchias ut Josephus et Plinius tradunt. Tetrarchia non semper 4tam Regni partem notat, sed majorem quamlibet præfecturam; adeo, ut in Regno aliquo plures aliquando Tetrarchæ esse potuerint. Eorum dignitas erat magna, Regumq; dignitati proxima. Primi in Palæstina Tetrarchæ fuerunt non quatuor, ut multi tradunt, sed duo, (•) Phasaëlus filius Antipatri, et (••) Frater ejus Herodes, quibus Tetrarchia munus collata est ab Antonio Magno Vide

Joseph

34.

Joseph. Antiq. Iud. Lib 14. C. 23. Phasaëlo a Parthis capto, et occiso, Herodes Romanus profectus est, et a senatu Rño, favore Antonii Magni, Regis Iudaeorum Titulo ornatus. Sub Regimine hujus Herodis divisa fuit Terra Israëlitica, (*) Cis Jordanem (†) in Judaam. (‡) Samariam. (‡.) et Galilaeam.

(†) Judaea, antea totam Terram Israëliticam designabat, sed jam tertiam tantum Terrae cis Jordanensis partem denotat, Complectiturque Regiones Tribuum Judae, Benjaminis, Simeonis, et Danis.

‡. Samaria complectitur Terram, Tribus Ephraim et dimidiae Tribus Manassis.

(‡.) Galilaea complectitur Regiones Tribuum Issachar, Zebulon, Aser, et Nephtali. Dividebatur Galilaea (·) in Superiorem, quae vicina erat Phoenicibus seu Tyriis, et Sidoniis. et (··) Inferiorem, quae Samariae Tiberiadis proxima erat. Inferioris Galilaeae Urbs fuit Nazareth, Patria Servatoris Xti Jesu. Summa celebritate inclaruit Galilaea cum et Xs et Xtiani a Judaeis et Galilaeis nominati sunt Galilaei Act 2:7.

(**) Trans Jordanem Terra Israelitica divisa fuit in (·) Peraeam. (··) Gaulonitin. (·:) Bataneam. et (:·) Trachonitin. Quibus Ituraea et Auranitis accenseri solent. Perea ex Gr vocis notat Regionem περαν τ̃ Ιορδανου̃, trans Jordanem.

‡.

Tertio (♀) agendum de Samaritanis §.S. Res et Religio Samaritanorum multa caligine involuta est, dignas adeo, quæ accuratius in lucem proferantur. Præsertim Religio eorum et Dogmata fidei tenebris obsepta sunt, in quibus per eruendis præcipuus noster labor se se occupabit.

Rabbini Hostes Samaritanorum interneciui, multis Samaritanos calumniis onerant. In Talmude ajunt Samaritanos esse Gentem spurcissimam, Idolorum cultui deditam, Animarum immortalitatem, Mortuorum Resurrectionem negantem.

Sunt tamen quidam Rabbini, qui ante Talmudis natales floruerunt, qui Samaritanos Legum Mosaicas. seruantiores Iudeis fuisse tradunt, et a Iudaismo nulla in re discessisse, nisi in eo, quod pro Monte Sionis sive Moria, cultui Diuino Montem Garizim consecrauerint, cujus mentio est Deut 11:29. et 27:12. (•) Ita sentit Rabbi Simeon Ben Gamaliel, in Gemara Hyerosolym. Pesachim (••) Soromenus certe, qui Gaza, in Vicinia Samaritanorum erat educatus, scribit: Samaritanos fuisse τῶν μόνων νομίμα μάλιστα ζηλωτὰς Legis Mosaicae seruantissimos.

Multum denique agitata fuit controversia de Samaritanis, Quid scil. de illis sentiendum esset. Litem diremere conatus est Il. Scaliger, qui dum cognouit, reliquias Samaritanorum adhuc esse in Palæstina et Ægypto,

literas

literas ad eorum Antistites dedit, rogans eos, ut exteriorem eius reddendi de vera Religione Samaritanorum. Dimas Antistites illi Literas ad Scaligerum dederunt, quas Joannes Morinus ex autographo in Linguam Latinam transtulit, quo hodie proftant in Antiquitatibus orientalibus Londini in Anglia, Edita Ao 1682. Alteras harum Literarum data erant ad Josephum Scaligerum a Samaritanis Sichemitis seu Neapolitanis in Palestina. Alteras a Samaritanis Aegyptiis Ao 1590. Ex his literis patet: Samaritanos repudiatis Prophetarum scriptis, solum Mosis Pentateuchum pro fidei suae norma observare, de caetero res suas componere secundum Judaeorum ritus. Talmudicorum vero traditionum farraginem explodere, juxta quas Traditiones hodierni quoque Judaei vitam, mores, Religionemque suam componunt.

Gloriantur Samaritani illis in suis Literis ad Scaligerum datis. (o) se esse genuinum Israëlis semen, (oo) se veterum Patrum vestigia sequi. (ooo) Sacerdotes Aaronicos intorta serie adhuc apud se esse. Sed obs. illis in Literis multa falsa veris mixta esse. Recte vanissimum est quod legitur in Chronico Samaritano: fil. quod tempestate Simonis Judaei defecissent a vera Religione, et quod Samuel Prophetam fuerit Apostata. Nos. videbimus (o) Octavus. (oo) Progressum Samaritanos.

(o) Ox

(c) Ortum Samaritanorum quod attinet: Cum Salmanasar Rex Assirio X. Tribus Israëlis in Captivitatem Babylonicam abduxisset, in locum eorum novos misit Colonos in Palestinam, ex variis Gentibus conflatos, ut ex Babyloniis, Guthäis &c. His tandem nomen Samaritanorum fuit impositum ab Urbe Samaria, quae Metropolis erat Tercio Israelitico. Ergo ridiculum est, Samaritanos derivari a שמר Servare, custodire, quasi illi fuissent Legum Mosaicarum servantissimi. Hi Coloni, dicti jam Samaritani, cum Veri Dei nec cognitionem, nec reverentiam haberent, mox a Leonibus, divinitus immissis, infestari cepti sunt. Ad hoc malum depellendum, Salmanasar Rex Assirio ex Sacerdotibus Israëlitis, quos in Assyria captivos tenebat, misit quosdam in Terram Israëliticam, qui Samaritanos ad verum Dei Cultum erudirent. Sic Samaritani Religionem Judaicam edocti sunt. Cum ea tamen veterem quoque Superstitionem suam retinuerunt. Vide 2 Reg 7.

Atque hoc nova Gentis et Religionis Samaritanorum incunabula. Videntur Samaritani cum Religione Judaica, et Idololatria sua pergeverasse per omne tempus illud, quod sub Captivitate Babylonica fluxit, mox 2da Periocha Samaritanismi ducenda est, a Templi sec. Dedicatione et a Pontificatu Menassis, qui frater erat Simeonis Justi Pontificis Hye

xo

rosolymitani. Hac tempestate, magna Iudaeorum turba ſ: abjecta Patrum ſuorum Religione :ſ in Castra Samaritanorum transivit. Ratio cur transiverint fuerat; quia Matrimonium cum filiabus Samaritanorum contraxerant, quod Esdras Sacerdos impugnabat et impedire volebat, sed frustra. Ingens tunc malum rebus Judaicis inflictum, nam multi Principes et Sacerdotes ad Castra Samaritanorum transfierunt. Hoc videntes Samaritani omnem cultum Idololatriae, quem tenebant adhuc abdicarunt, et purae Idolatriae coegerunt, ut Judaeos magis ad se pellicerent. Ubi tempestate Cti Samaritani ab omni Idolatria immunes erant, ut patet Joh 4: 20.

Maximum tamen Religionis Desiderium inter Judaeos et Ctianos exstitit. Sic enim ajebant Samaritani: Patres nostri in hoc monte scil. Garizim, adorabant Deum, vos autem dicitis, Hierosolymis esse adorandum esse. Hinc Capitale odium exorsit inter Judaeos et Samaritanos, adeo ut Magistri Hebraeorum in Codice Berachot lege sanxerint, ne Judaei post Cathonum i.e. praeconem Samaritanum dicerent Amen. In Pirke Abot Samaritani pro Ethnicis pronunciantur. Ibidem Cap. 38 traditur: Ezram, Zerubabelem, et

Jo

Iohanan, universo Coetu Israëlis, cum 300. Sacerdotibus, 300. buccinas inflantibus, in Templum convocato, solemnem excommunicationem promulgare et fanxisse in Cuthaeos seu Samaritanos. (•) Hemo Israëlitarum vel buccellam panis cum Samaritano comederet. (••) Ne quis quam Samaritanorum in numerum proselytorum adsciscretur, nam Samaritanis nulla spes in resurrectione mortuorum. (•••) Quicunq; Israëlita carnem e manibus Samaritani acciperet, idem esset, ac si porcinam comederet. Quo omnia insignem luem adfundunt loco (•) Joh 4:9. ubi Mulier Samaritana a qua Xs aquam petebat, si ad rem loquitur: Quomodo Tu, Judaeus exigens, potum a me petis, quae sum Mulier Samaritana, non enim utuntur Judaei Samaritanis. (••) Joh 8:48 dicunt Judaei ad rem: Nonne benedicimus Te esse Samaritanum, ac eoq; Diabolum habes. (•••) Matth 10:5. Jubet Xs Vt suis Discipulis; Neu in Urbes Samaritanorum iretis.

Ho inimicitiae unde ortae sint Judaeos inter et Samaritanos, docetur ibidem in Pirke Abot. Cum Judaei post reditum ex Captivitate Babylonica Templum Z dum aedificarent Hyerosolymis vellent, 180 Millia Samaritanorum illam aedificationem impeditum veniebant. Cujus rei vestigium habetur apud Esram, Nehemiam, et Josephum in Antiq. Jud. Lib II. Cap. 4. Templum Dei

in

40. in monte Garizim ædificare volentes Samaritani, ubi Religionis Mosaicæ fidem se habere jactabant, perfidio adeuntes omnes eos, qui Religionis causa usq; Hyerosolymam contenderent. Huic Legis Mosaicæ violationi, Templique in monte Garizim ædificationi occasionem præbuit Menasses. Hic enim Menasses duxerunt sibi in uxorem filiam Samballati Samarici Profecti. Esdras et Nehemias, has nuptias impediebant, nefas et illegitimum dicebant esse, ut Judæus quis existens, non Judæam sed alienigenam in uxorem ducat. Fugerunt itaq; ut Menasses uxorem illam Samaritanam repudiet, sed Menasses noluit; Unde Menasses Sacerdotio pulsus, venit ad Socerum suum Samballatum. Siquæ permissu Darii moxque jussu et auctoritate Alexandri M. in monte Garizim Templum hic Manasses condidit, ubi eundem cultum instituit, qui Hyerosolymis fuit, Pontificis M. munia obiens. Stetit Templum hoc in monte Garizim Annos 200. Dirutum tandem sologue æquatum una cum ipsa Urbe Samaria per Hircanum pontificem Judæorum, qui tunc Regiam quoq; Personam gestimuit. Vide Joseph. Antiq. Jud Lib 13: Cap. 17.

Quod Religionem et cæremonias Samaritanas attinet: illas quidem ritum Judaicum referunt, hoc tamen cum discrimine (1.) Quod Samaritani solos Mosis Libros pro norma fidei habebant, reliquos Prophetas rejicientes. (2.) Quod solum Montem Garizim cultui Divino destinaverint.

Cum

Iuuus tamen omnes Scriptores sacri solum Montem Sionis cultus et Religionis divinæ tanquam meditullium celebrent, dicis in eo fulminibus intentatis, qui cultûs divini sedem alibi collocarent. Verba Samaritanorum, quibus præcipuas suas cæremonias, totumque suum Religionem complectuntur, in Epistolis ad Scaligerum missis ita se habent: (.) Fidem unici Mosi Ejusq; præceptis adhibemus, statuimusq; Domum Dei electam in monte Garizim. (..) pascha celebramus in Garizim quotannis juxta institutum Pontificis Eliazarcis, ex Aaronis stirpe prognati. (:) Festum Pentecostes, Tabernaculorum, et diem Magnum Expiationis anniversarium quotannis obimus, celebramus. (::) Sabbatha et circumcisionem die octavo observamus. (:) Synagogæ et Ritus nostri similes sunt Judæorum Synagogis et Ritibus. Sed Scripturam Judæorum |: intelige S. Sacram :| ab Esdra interpolatam, figis in æternum maledictam esse arcedimus.

Tradunt Samaritani: post obitum Mosis ingens inter Judæos factum esse dissidium, et plurimos Judæos sub Eli pontifice a vero Dei cultu defecisse, atq; sic præsentiâ Dei lumen ac decus inter ipsos tunc sublatum esse. Hac putida opinione cum imbuti fuerint Samaritani, non mirum si omnia Oracula Prophetarum post Mosem repudient, solis Libris Mosaicis retentis. Ita Samuel Propheta ab ipsis traditur ut vir infidelis, Magicus, Apostata. Ita ut Eli Pontifex.

Præ

Praeter hasce Literas, Chronicon quoq; suum, quod ipsi Librum Josuae appellant, transmiserant Samaritani ad Illustrem Josephum Scaligerum; in quo Historia Samaritanorum, ab obitu Mosis, usq; ad tempora Alexandri Severi Imperatoris perteyitur. Hoc Chronicon adservatur in Celebri Bibliotheca Academiae Lejdensis, ut singulare Europae Gymnelius; nullum enim aliud Chronicon Samaritanum in Autographo, in Europa erat, nisi ex hoc Lejdensi Exemplari descripti codices.

Licet Samaritani jactent se se hoc in Chronico omni Idolatria immunes esse, tamen nil certius, quam ipsos Idolorum Cultui fuisse deditos. Non enim una eademq; semper facies fuerat Samaritanismi sed diversa (*) ma Ejus Periodus fuit Idolatrica. (**) da Reformata per Judaeis Samaritanis mixtos (***) Recentior et hodierna.

(*) Prima Samaritanismi Periodos ab ipsius secta Inauguratis, protenditur ultra Captivitatem Judaicam Babylonicam. Prima vero Inaugurata primoq; hujus Sectae Origines quo et quales fuerint, dicere est ex 2 Reg 17: 6, 24 et seq. scil. Quum Rex Assyriae Salmanasar x. Tribus Israelitarum in Captivitatem deportaret Babylonicam, novos Colonos in relictas Israelitarum sedes scil. in Terram Israëlitici

liticam ex Babyloniis, Cuthæis, aliisq; Gentilibus collectos, xangnifit. Nova hoc Gentium colluvies nomine Samaritanō adpellari coepit ab Urbe Samaria Mercopoli Iexvo Israëlitico. Hi novi Coloni cum vitam absq; metu et reverentia Dei agerent, a Leonibus ipsis divinitus immissis vexabantur, ut hoc malum depelleretur Salmanassar Rex Assyriæ, ex captivis Sacerdotibus quosdam xemisit in Terram Israëliticam, qui novam hanc Colonam ad veram Cultum Judaicum erudirent. Sacerdotes illi hanc Gentium colluviem veram Dei cognitionem, cultumq; Judaicum edocuerunt. Quamquam Salutarem Religionem hi Samaritani recipierint, veteres tamen superstitiones Idolatricas, |: in quibus natifuerant :| retinuerunt; Sicq; et Deum verum et Idola coluerunt. Sic hoc Mixtum Religionis dictu est Samaritanismus. In hac Mixtura Religionis permanserunt Samaritani toto illo tempore, quo Judæi in captivitate Babylonica fuerunt, imo et ultra, usq; ad fundatum Templum 2dum Hyerosolymitanum. Atq; prima Samaritanismi Periodus fluxit ab Eorum immigratione in Palæstinam, usq; ad fundatum Templum 2dum Hyerosolymitanum.

(**) 2da Samaritanismi Periodus incipit ab exstructione Templi 2di Hyerosolymitani. Tunc plurimi ex Judæis matrimonium contrahentes cum Samaritanorum filiabus, |: quod Matrimonium Ezras Theologus totis viribus impedire volebat :| in captivitate Samaritanorum ruebat. Tunc Samaritani Capita extulerunt,

Jam

Templum in monte Garizim excuxerunt. Utque Judæos in suam sectam procohercent, purum putum Judaismum propiterei coepercunt, omnem Idololatriam exuerunt, quemadmodum tempore Adventus Salvatoris, inter Samaritanos nulla Idololatria jam fuerat, sed purus putus Judaismus vide Joh 4. Sicque hoc Samaritanismi Periodus, quo a fundatione Templi 2 di Hyrcanicis, et a fundatione Templi in monte Garizim, et a Pontificatu Menassis, qui fuit frater Simonis Justi, et Pontifex Hyrcanicus fuit periodus Samaritanorum Reformata.

(***) Tertia Samaritanismi Periocha fuit est hodierna recentior illa, quod incepit ab eo tempore, quo Samaritani Mohammedanis subjecti fuit, et deinceps in præsens tempus. Ex commercio Samaritanorum cum Mohammedanis, aliquid novi ex Mohammedanismo in Sacros Samaritanorum Ritus et Religionem irrepsit. Superfunt hodie quoque Samaritani, in sola Urbe Sichemo ad 40 familias recensiti. Etiam Gard plurimi, primitias fructuum, quo Gard citius maturescunt, quotannis Sichemum mittentes, et Instituto Mosis offerendas in Altari, non Sichemi, sed in monte Garizim, ubi et Agnus Paschalis mactatur a Samaritanis.

(¶.) Quarto ordo noster flagitat ut paucis agemus de SYRIA. Qua de re agit Auctor §. 6.

180

Homines Syriæ insigniunt Magistri Hebr. Regiones ex Davide subactas, et Terræ Israëliticæ adjectas, quæ Regiones sunt Syria, Zoba, et Achlab, quæ sunt oppositæ ipsi Mesopotamiæ ad occidentalem aspectatis partem. Quæ in quibusdam rebus paris esse conditionis cum Terra Israëlis, in quibusdam diversæ. Deo totum Terrarum orbem dirigerunt Judæi in 3 partes (1.) in ארץ ישראל Terram Israëlis, quæ divisa fuit inter 12 Tribus (2.) in ארץ סוריא Syriam et (3.) in ארצות החוץ Regiones extra Terram Israëlis. Ita ut Syria nec Terra Israëlis fuerit, nec tamen Regionibus extra Terram Israëliticam fitis accensenda. Sed media inter Terram Israëliticam, et reliquas omnes Regiones totius orbis terrarum, et singulare quid præ omnibus Regionibus in se haberet.

(⚷.) Quinto videndum: quo loco et censu habuerint Syriam Hebræorum Magistri §. 7. Ut Rabbi Majmonides in Commentario suo in Mignam. (o) Tribus in rebus finitimis Terræ Israëliticæ Syriam dicit. (oo) In tribus vero rebus aliis Regionibus extra terram Israëliticam fitis similem.

(o) Syria similis terræ Israëliticæ his tribus in rebus: (†.) si quis Israëlita Agrum in Syriam sibi emiserit, idem erat, ac si in sub urbiis vel territoriis Hyerosolymitanis illud emisset Agrum (‡) Agri Syriæ tenebantur Decimas solvere Judæis, et jura Anni Sabbathici

fer

fercvarce, ut Agri Israëlitarcum. (ה) Si quis ex Tercra Israëlitica immediate in Syriam pervenire potuit, ita ut aliarum Gentium tercram non adtigit, tum ei Syria erat pura, cetercum fuit impura, si tercam Gentis eundo attigisset.

(oo) Tribus verco in Rebus similis erat Syria Regionibus extra Tercam Israëliticam sitis. (ו) Regio Syriae erat immunda illi Israëlitae, qui Syriam ita ingressus fuisset, ut prius tercam aliarum Gentium extra Palestinam et Syriam habitantium tetigisset. (ז) Qui Libellum Divortii et Syria adferebat, tantundem erat, ac si cum ex aliis Regionibus, extra Palestinam et Syriam sitis, adtulisset. (ח) Qui Sercum vendebat in Syria, confebatur, ac si in aliis Regionibus extra Palestinam et Syriam sitis vendidisset.

(ט) Sexto dicendum est de Regionibus extra Tercam Israëliticam et Syriam sitis §. 8. Magistri Hebraeorum Regiones omnes extra Palestinam et Syriam sitas eodem jure gaudere, nec aliam prae alia sanctiorem esse dicebant, nec unam prae altera majore privilegii jure gaudere adfirmabant. Adeoque omnes aliae Regiones extra Palestinam et Syriam sitae Magistris dicuntur (י) אַרְצוֹת הַגּוֹיִם Regiones extra Tercam Gentium. Gentes verco Tercas et Regiones extra Palestinam et Syriam sitas incolentes dicuntur עַכּוּ"ם Gentes tercarum. Ergo

9:1. Ha Gentes Terrae dist ingui debent ab iis, qui ad-
pellantur הָאָרֶץ עַמֵּי ד ו ד populi terrae, i.e. illiterati ho-
mines q.d. ex hominum; Qui opponuntur הַסְּפָרִים ד ו ד
Literati, qui sunt Discipuli Sapientum, ut Gemaricis rea-
dunt. Homines indocti et illiterati apud Judaeos erant
maximo incontentu, adeo, ut Judaeorum Magistri, filiam
indocti illiteratique hominis adpellabant Bestiam. Unde
in Gamara Pesachim Lib 49: C.1. in Vicum illum, qui
בֵּית עַמֵּי ד ו ד הָאָרֶץ filiam hominis terrae, i.e. filiam
indocti illiteratique hominis sibi in uxorem duxerit, di-
cunt illud Maledictionis fulmen evibratur: maledictus
Vir, qui cubuerit cum bestia Deut 27: 21. Hinc patet
quam contenti, fidesque indigni habiti sint indocti illite-
rati homines apud Judaeos, eorum enim Testimonia
ne recipiantur, arcana illis ne revelarentur, publice
famitum erat a Judaeis. Ita Chs et Apostoli summo in
contentu erant apud Judaeos, Christum enim et Apostolos
judicabant Judaei ipse rudes, indoctos, illiteratos, Galilaeos,
Qui Mysteria coelorum pandere non potent, et de re-
bus divinis tafarci nescirent. Mat 11: 25. Joh 7: 49.
Atque hoc extra Scopum adere volui de illitera-
tis hominibus apud Judaeos. Redeo in viam, adeque
ex Auctore: Quatuor fuisse Regiones Terrae Israë-
lis vicinas, Aegyptum, Babyloniam, Ammonem, et

Moa

Moabum, qua quodam respectu distincta fuerant a reliquis Regionibus extra terram Israëliticam sitis, quippe qua primitias, fruguma; Decimas dabant.

(5.) Quarto agendum de Privilegiis Terra Israëlitica. § 9. Varia Privilegia, tanquam tot idem Sanctitatis indicia, quibus Terra Israëlitica et olim gavisa fuit, et hodie gaudet, recludentur a Iudaorum magistris. Stante scil. Templo, non ex aliis Regionibus, nisi ex sola Terra Israëlitica poterant peti ha duo res, scil. (.) Manipulus Paschalis et (..) Duo panes Pentecostales, Hyercosolimam adducendi. Vide Menachot Cap. 7. Misna 1. Ubi hoc Verba leguntur: Omnes oblationes sive publicae sive privatae, petuntur vel ex Terra Israëlitica, vel e Regionibus extra eam sitis, ex proventu vel novo vel veteri, exceptis duabus rebus, scil. Manipulo Paschali, et duobus panibus pentecostalibus, qui tantum ex novo proventu, et tantum e terra Israëlitica petuntur. Hititur hoc Lex Verbis Dei Exod 12: 25. et Lev 23: 17. Ubi hoc Verba habemus: De Manipulo Paschali, quum ingressi fueritis in Terram, observabitis Ceremoniam, scil. ex Domibus vestris adducetis panes ex proventibus vestris, ut sint primitiae Coram Deo. quod de

Terra

Terræ Israëliticæ esse intelligenda patet ex Mishna
6. Codice Kelim Cap. I. Primitiva etiam ex Syria
potuerant peti et Hyerosolymam adferri, nam Syria
Syriæ in quibusdam Agrariis erant Finitimis Ter-
ræ Israëliticæ.

(E.) Quinto Breves lineæ jam sunt ducendæ ✠.
Circa Lacus. 7. Circa Fluvios Palæstinæ.

✠. Lacus Palæstinæ celebriores sunt: (ℸ.) Asphal-
titis. (ℸ.) Lacus Tiberiadis. (ℸ.) Samochonites. et (ℸ.)
Lacus Phiala § 10.

(ℸ.) Lacus Asphaltites. De Asphaltite ætatis, Quidam
præmittimus de Nomine Maris, quod Hebræi Lacubus
tribuunt. (•) Observavit olim Cyrillus in Esa 11. Tom 1.
ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ ταύτας τὰς λίμνας
θαλάσσας ἀποκαλεῖν. Solet Sacer Codex etiam ipsos
Lacus appellare Maria (••) Hyeronimus Quæst. Hebr. ad.
Gen. C. 1. ita scribit: Omnes aquarum congregationes si-
ve salsæ, sive dulces ea sint, juxta Idioma L. Hebr.
Maria dicuntur.

Ita et Lacus Asphaltites appellatur ☐ᵉ Maria (•)
Nomen Asphaltites huic Lacui adhæsit a Bitumine
quod Bitumen perenni venâ eaque uberrima
effudabat egerebatque. Quod Bitumen Judaicum appellatur.

Vide

Vide Scribonium Largum de Compositione Medica Cap. 77. (••) Deut 3:17. Appellatur hic Lacus הַיָּם הַמֶּלַח Marce falsum. (••) νεκρὰ θαλάσσα Marce mortuum.

(•) Appellatur hic Lacus Marce falsum ex eo, quod aqua ejus valde falsa fuerint, teste Galeno, qui de rerum natura optime judicabat: Ita Galenus Lib 4. C. 19. de Simplicium Medicamentorum facultatibus scribit: τὸδε της εν παλαισινη συριᾳ λιμνης ὕδωρ, ἣν ὀνομαζουσιν λιμνην ἀσφαλτιτιν ἐστι ἁλυκον. Lacus, qui in Syria Palaestina est, quem Asphaltitem appellant, aqua salsa est. Addit idem Galenus homines et Naves in hoc Lacu numquam mergi ob crassitiem aquae ex sale. Atqs Judei ex hac Lacu solebant sal asservare ad victimas aliasqs res Sacras sale condiendas. Salque hujus Lacus appellatur מֶלַח סְדֹמִית Sal Sodomiticum. Galenus tradit: Sal hujus Lacus magis exsiccat, digerit, extenuatqs, quam alii sales, ideo Judei sumebant salem ex hoc Lacu ad Sacrificia.

(••) Appellatur hic Lacus Marce mortuum quia nec pisces, nec cochleae, nec anguillae, nec ulla aquatilia hoc in lacu vivere possunt ob amaritas ejus aquas ut refertur Hyeronimus in Comment. suo ad Ezech. Cap. 47. Haec fides negranda Hyeronimo, is enim diu in Lacus Asphaltitis vicinia habitavit in vico Bethlehem

ipse

ipſeqs ſcribit ſe Lacum hunc perlustrasse. Ita enim in Apologia adversus Ruffinum Lib 3. inquit: Protinus concitato gradu Bethlehemum reversus sum, ubi adoravi Presepe et incunabula Salvatoris. Vidi quoqs famosissimum Lacum Asphaltitis, nec me pedi mercatoribus, sed multa didici, quo antea nescivi. Maundrellus tamen ἀνατοπίης refutatur se ad vigilias hujus Lacus vidisse conchas ejectas. Alii tamen existimant illas conchas ex Iordane illuc ese exoneratas.

Fabulosum est, quod a plerisqs traditur, aves super hoc Lacu volantes, pro nimio foetore in aquas decidere. Pariter fabulosum: non tantum naves, sed etiam curcus, equos, boves, homines, super hoc Lacu incedere posse, uti super acido, nec quicquam hic submergi. Obs: Est quoqs in Babylonia Lacus Asphaltitis, testibus Vitruvio, Plinio et Xiphilino, sicqs multa sunt, quo de Lacu Asphaltitis Babylonici ad hunc Lacum Asphaltitem Palaestinae transferuntur.

Vulgo creditur: Lacum hunc Asphaltitem singulari Dei judicio natum ese in Palestina, eo tempore, quo Urbes Sodoma, Gomorra, Admoim, Zeboim et Zoar divinitus submersa fuerunt. Verum opinio hoc firmo talo niti non potest. Scio quidem huc ferri locum Gen 14: 3. ubi de

Regi

Regibus Sodomæ, Gomorræ, Admæ, Zeboim et Zoar ferebitur; illos congregatos fuisse in vallem Siddim, quæ vallis jam nunc est mare salsum. Sed hic nihil dicitur, nisi Vallem Siddim, ut olim appellabatur, jam appellari Mare salsum. Vallis Siddim enim aut ex Jordane increscente, aut ex aquis subterraneis potuit inundari et obrui; Quod quomodo et quando factum est incertum. Obs. Non dicit S Sacra Sodomam aliasque Urbes illas in Vallem Siddim fuisse sitas ibique submersas. Imo Contrarium dicit: scil. Quod Reges quinque illarum Urbium coactu exercitu venisse in Vallem Siddim. Ergo Vallis Siddim diversa fuit ab illa Regione, in qua quinque illæ Urbes Sodoma Gomorra &c. erant sitæ. Denique in tota SS. nulla est mentio de submersione Sodomæ Gomorræ aliarum illarum Urbium, neque eo loco ubi Historia harum Urbium est, neque ubi ad Urbes eas Digitum Prophetæ intendunt. Nihil de inundatione harum Urbium, imo Contraria omnia. Quippe in subversione harum Urbium legimus ignem coelo demissum, sulfur, et fumum, nempe aquam. atqui ignis, sulfur et fumus non inundationem, sed potius siccitatem et exustionem & illis Urbibus intulit Amos 4: 11.

Dixit

Dicit Deus: Subverti e vobis plurimos, sicuti subvertit Deus Sodomam, Gomorram, adeo, ut ejectis sicuti titio ex incendio erepti. Hic est allusio ad Sodomam et Gomoram. An ergo ex inundatione titio potest erepi, et an Urbes aquis submersa cum titione possunt conferri? In V. quoque Codice nuspiam legitur S. illas Urbes aquis submersas fuisse, sed potius incendio deletas 2. Pet 2: 6. Sodomeos et Gomoreos in cineres Deos convertit. Vide et Jud. v. 7. et Luc 17: 29. Atqs hoc de Lacu Asphaltitis. Id modo addere juvabit: Lacum hunc fuisse longum Stadia 580. Latum vero stadia 150.

(א.) Celebratur quoqs in Palestina Lacus Tiberiadis. Qui olim dicebatur Mare Kinnereth vel כִּנֶּרֶת Num 34: 11. Jos 12: 3. Sic dictus ab Urbe Kinneroth, quae sita erat in ejus littore, forteqs obtigerat Tribui Naphtali Jos 19: 35. Urbs Capernaum ad Lacus Tiberiadis non pertinebat ad Tribum Naphtalim. Item (..) dictus fuit hic locus olim ὁ Σοὲ γῆ γεννεσὲτ 1 Macab 11: 67. et apud Joseph. Antiq Lib 13. C. 19. Sic dictus a Regione Gennasar. (:.) Dictus quoqs est Mare Galilaeae, quippe ab ortu Galilaeam alluebat Mat 4: 18. (:.) Dicitur frequentius Lacus Tiberiadis, ab Urbe longe celeberrima Tiberiade, quam Herodes Antipas in littore hujus Lacus condiderat. Appellantqs Urbem eam Tiberiada, a nomine Tiberii Imperatoris. Audit quoqs hic Lacus

Mare

Mare Tiberiadis Joh 6: 1. Longitudo hujus Lacus
apud Josephum est stadiorum 100. Latitudo stad. 40.
Pisces in hoc Lacu Judæi captabant Mat 4: 18. Tra-
dunt vero Majores: hamo tantum hic piscari li-
citum, non aliis instrumentis, quos circum vici-
ni impedirent. Quam Legem dicunt ab Josua latam
inter decem ejus constitutiones, quas ille dederat ad
Palæstinæ formam regendam.

(ב.) Lacus Samochonites olim dictus est מי מרום
aquæ superiores Jos 11: 5, 7. Ad hunc Lacum fide-
rat Josua Exercitum Regis Hazor, ingressus eum ad
Sidonem et Vallem Mizpa: Nomen habet ab Arab.
סמך altum esse. Unde Hebræis dicitur מי מרום
aquæ superiores.

(ג.) Quartus Lacus in Palæstina dictus Phiala,
non procul a Lacu Samochonite. Ex hoc Lacu ori-
tur fluvius Jordanis. Dicitur φιάλη Hebr
נחש, Quod sit Lacus τροχοειδης i.e figura
rotunda: Appellatur quoque Lacus fontis, quod ejus
aquæ nec crescant unquam nec decrescant. Hunc
Jordanis originem detexit Tetrarcha Philippus,
qui Palæas huic Lacui Phiala injecit, quos mox

per

per meatus subterraneos in paneade ejectas invenit. Ad paneada aut est flumen Jordanis.

D= do jam insistemus Palæstinæ fluviis. Inter eos Jordanes adeo eminet solus ut fluvii nomen mereatur. Quare Joseph. Antiq. Jud. L.5. C.1. appellat Jordanem ποταμον fluvium &. nullo alio Epiteto addito, scribens: Portio tribus Isachar protenditur a Carmelo usque ad ποταμον, fluvium i.e. Jordanem. Dici debet non Jordan sed Jarden. Male a multis derivatur, vel potius componitur ex ירד et דן i.e. fluvius Dan, quasi circa Urbem Dan originem sumeret. Rectius derivabis a ירד descendere decurrere. Id fieri solet, ut dum in Regione aliqua eximius aliquis fluvius est, is non proprio sed communi fluviorum nomine insigniatur. Ita Rhenum multi derivant a ῥεῖν fluere. Flavius Joseph. L.3. C.18. originem cursumq; Jordanis ita describit: Jordanes ex Lacu Phiala oriens, 120 stadia sub terra currens, tandem a paneo exumpens, fecat lacum Samochonitin. Mox alia 120 stadia means super terra in alveo suo, in lacum Gennesar seu Tiberiadis decurrit, indeq; excurrens, in lacum Asphaltites se exonerat. Josephus duplicis Jordanis meminit, Majoris et minoris, minorem dicit, quod minori alveo decurrat, utriusq; vero Jordanis

eund

eundem fontem dicit Locum Phialam. Obs. Æstate adeoqs tempore Messis, Jordanem supra alveos suos superbe excrescere diximus ex Jos 3:15 quum reliqua flumina æstate exsiccentur, hyeme vero excrescant.
(*) De Crydano flumine idem tradit Polybius Hist L. 11. Idem (**) de Nilo Philo Judæus, quod æstate increscat, Aegyptumqs inundet. Theophilactus Simocatta Gente Aegyptius Hist. Lib. 7. C. 17. prolixe de Nilo disputans, inter alia soli Nilo hoc vendicat: Quod æstate increscat, contra naturam omnium fluviorum, qui in universo terrarum orbe sunt. Hinc fortassis quæsita est a multis communicatio subterranea Nili cum Jordane, ex eo quoqs quod Pisces Corcinus &c. in Nilo soleat provenire, ut Halices et Angolus &c. in Mari, non alibi. Sed Corcinus in Jordane quoqs esse reperitur, ergo communicatio Nili cum Jordane creditur.

Jordanis Ripas plurimis arundinibus, et salicetis obtectas esse tradit Johan. Phocas in Descriptione Locorum Sanctorum, in iisqs Leones et serpentes latere. Ejusdem ripas vestiunt Calami et arbores Tamariscinæ hastis conficiendis aptæ. Jordanis aquas ad fontem suum, virtute precumqs Dei, regressas sæpe, ut populus Israëlis siccis pedibus transire posset, notum est ex S. Litteris. Ingens certe hoc fuit miraculum, quod tempore Messis, ut notatur Jos 3:15. Fluvius Jordanis pleno

alveo

alveo fuerit, tamen ad fontem fuum remeare potuerit, dum Israëlitum transituri erant. Flumina ad fontes fuos ut redeant, videtur ese contra naturam ex illo Propertii:

Terra prius falso partu deludet Acantes,
Et citius nigros sol agitabit equos.
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Arcades et sicco gurgite pisces erit.

Sed dicis: in Historiis quoq; nris legimus Flumina retro sope fluxisse ad fontes suos. Ita (*) cum Hercyci ad Cumas excindendas venissent, Campanus fluvius Vulturnum ad fontes suos refluxisse. Vide Dionis. Halicarn. Antiq. Rom. L. 7 pag 419. (**) Ita Tiberis fluvius a Mari versus Romam, tanquam fontem suum refluxit. Teste Horat. Lib 1. Oda 2.

Vidimus flavum Tiberim retortis
Littore Hetrusco, violenter undis
Ire, dejectum monumenta Regis,
Templaq; Vestæ.

Sed talibus fidem non damus, qualia commenta plurima sunt. Tales est illud (*) quod Tarquinius novacula saxum dissecuerit. (**) quod Alexandro Magno Marce Pamphilium obedierit, fissum in duas partes. Nos sincerius credimus. Iordanem fluvium vi divina actum remeare ad fontem suum, ut Israëlitis transitus pateret.

Sunt alii quoq; Palæstinæ fluvii, iisq; celebres, ut

(†.)

(+) Fluvius Kidron, qui est Torrens Galilææ. Originem habet ex Australi latere Montis Tabor, et plurimum Torrem Israëlis perlabitur. Aliis fluminibus auctus, se in finum urbis Acco. i.e. Ptolemaidis effundit. Hic eis audit Κεδρων et Κιδρων Jud 4:13. (≠.) Cedron intercurrentes Palæstinæ celeberrimus; nam et Hyerosolymam alluit; frequenter Servatore eum transisse legitur Joh 18: 1. et alibi. Oritur inter Hyerosolymam et montem Olivarum, et in Asphaltitem se exonerat. Æstate exsiccatur, est ergo fluvius angustus. Derivatur vox Cedron a קדר obscurum esse, Vallis enim, in qua fluvius hic decurrit ob angustiam, et ob hortos, arbores quoque circumjacentes, est nimis obscura. Ad Græcum κεδρος Cedrus hic recurrere ridiculum est; quasi hic fluvius arboribus Cedrinis undique circumdatus fuisset. (≠.) Arnon est flumen Regionis trans Jordanicæ. Habet originem in Arabia, ejus Defectum perlabitur, et se effundit in Asphaltitem. Cætera Palæstinæ flumina, ut Cana, Besor, Krit etc. Vide apud Auctorem Nostrum, in Ejus opere de Palæstina L. 1. Cap. 44. 45.

Fontes quoque Palæstinæ olim celebres fuisse docet Deut 8: 7. Ubi Palæstina nominatur אֶרֶץ נַחֲלֵי מָיִם עֲיָנֹת Terra fluviorum aquarum et fontium. Ita ingentem copiam aquarum in

Palæsti

Palæstinæ fuisse docemur, 2 Chron 32:3. מַיִם רַבִּים aquæ multæ. Dum Senacherib Rex Assiriæ infesto agmine Hyerosolymam adgressurus erat, ne Assirii aquas reperirent, Rex Judæorum Hyskias aquarum fontes obturandos jussit. Alia nunc facies Palæstinæ; hodie enim de aquarum et fontium copia gloriari non potest.

Patet ex 2 Chron 32:3. et Jos 15:19. olim non d. unum fontem Siloam extra Urbem Hyerosol. fuisse, sed etiam plures. Celeberrimus fuit fons Siloam, quem in gratiam Vatis Isaiæ divinitus aperctum factumq; fuisse narrat Epiphanius de Vitis Prophetarum pag 248. Licet fons Siloam non intra sed extra Mœnia Urbis Hyerosolymæ fuerit, non tamen procul ab Urbe fuit, adeo, ut ejus aquæ facile in Urbem derivari potuerint: Ex hoc fonte deducta fuit Piscina Siloam Joh. 9:7. dicta κολυμβήθρα τοῦ Σιλωάμ. Quod vero mœnibus Urbis Hierosol. includi hic fons non potuerit, ratio est, quod fons ille fuerit in valle profundissima. Hostes tamen Hyerosolymam obsidentes, fontem hunc civibus intercipere non potuerunt, nisi prius occupassent illam Urbis partem, cui fons hicce proxime adjacebat. Aquas fontis Siloam olim salsas et mali saporis fuisse observavit Monconisius in Itinerario parte II. pag. 38. Sacerdotes potum suum ex hoc fonte Siloam depromere solebant.

Hodie fontium et aquarum ingens in Palæstina est penuria. Joël 1:2. Exaruerunt valles aquarum; id quod

div

divinae in Judaeos vindictae liquidissimum Argumentum est. Attendi debet Hyeronimus, qui ita infit: In his locis, scil. in Palaestina, praeter paucos fonticulos et cisternas aquarum nihil est, et si ita divina imbres subtraxerit, majus sitis quam famis periculum erit. In Historiis legimus: eos, qui Saracenis in Palaestinam bellum susceperant sitî periisse.

Termas, Cisternas, i.e. Receptacula aquarum, et Piscinas in Palaestina fuisse complures, docet Relandus in sua Palaestina. Delibatis Palaestinae Lacubus, fluminibus et fontibus, jam

(3.) Sexto Consequemur ejus Montes, indeque in Campos, Vallesque amoenitate plenos spatiabimur, de quibus tractat Auctor § 11. Ubi (4.) Agemus de Montibus (5.) de Vallibus. (6.) De Campis, de omnibus breviter.

(4.) De Montibus. Palaestina exstat est que Regio montosa, praesertim illa sui parte quae inter Jordanem et Mare magnum seu Mediterraneum jacet. Ingens Judaeis exstat in Montibus praesidium contra Hostes. Vide 1 Reg. 20: 23. Quod etiam ex Libris Asmonaeorum, seu Maccabaeorum patet. Hinc est quod Judaei praelia in Campis fugiebant, magis amantes inire Montes pugnare contra Hostes. Habebant quippe in Montibus Anfractus, specus, et meatus subterraneos, de quibus agit Xiphilinus et Dione Capio in Hadriano, pag. 263. Ubi hoc de Judaeis memorat

praeterea

prodidit: Loca sua oppurtuna cuniculis munichant Judæi, et noctibus, ut fures postulabat fugerent, et ad se mutuo sub terra transeuntes latebant. Vias subterraneas de super perforabant, quo aera vitalem hauriendo perciperent. Longi forent labores singulos Palæstinæ montes percurrere, adeoque præcipuos d. videbimus.

(I.) Celebris in finibus Palæstinæ septentrionalibus scripturæ Mons Libanus, לְבָנוֹן dictus, quem male Anti-libanum multi nominant, nam Anti-libanus est alius Mons e regione Libani oppositæ situs, valle interjecta profundiore. Ut veteribus Taurus et anti Taurus mons, Cragus et Anti-cragus.

Etymon Libani a לָבַן albus esse, quod nive perpetuo tegatur. Deus ipse nivosum appellat Libanum. Jer 18:14. (*) Arcus Libani S. Sanctæ celebrat, et arbores boni odoris bonique fragrantis; sed odora illa silva labentibus seculis vastescere cœpit, et jam Cedri in Libano sunt rarissimæ. Phocas in descriptione Libani ait: Pulcerrimus et jure merito in Scriptura celebratus Libanus, est Mons prægrandis, a vertice ad imum radicem nivium vastus, Pinu, cedris altissimis, cupressoque consitus, aliisque arboribus fructiferis, plantisque refectus. (**) In Libano invenatos fuisse pisces indicatos in tinos defixos, vaddure in compendio Cedreni pag. 15. et in Annalibus Michaëlis Glycæ parte II. pag. 114.

Unde

Unde concludituc: aquis diaculariis, Diluvii Noa. chii, hunc quoq; Montem tectum fuisse. Rerum talium ante Diluvianarum in Montibus Helvetiæ, Rhætiæ efforatum uti piscium, conchatum &c. insignem copiam habebat Cymmeli archivum, quod Hagæ comitum in Hollandia fuit, seu jam Leovardiam, Frisiæ Metropolim translatum est. ☺ Montem Libanum seqventes sepe Prædones tenuere, Vicinas inde Regiones infestare soliti. Imperante Constantino Pogonato Principe Xño Mardaita Arcabes Latrones illic ingenti numero sedes habuere, ut meminit Glycas Annal P. 14. Justinianus Imperator, rogatus ab Arabum Principe, plus quam 12 millia Latronum Arabum Libano expulit: Seculo 6.to post Natum Xtum Præsidia Militaria debebant in Libano servari, ad arcendos Latrones. Vide Procopium Lib. 1. de Bello Persico. Hodie Xtiani, imprimis Monachi Fractum Libani ingenti numero incolunt.

(2.) Monti Libano adstitas est Mons הרמון Hermon; qui Judic. 3:3. בעל הרמון Bal Hermon audit, et a Libano distinguitur, Psal 29:6. Ubi memorantur Montes Libanus et Schirjon, atqs Mons Schirjon ibi est mons Hermon, nam Sidonii Montem Hermon appellant Schirjon. Emorræi autem appel-

Lam

lant Schenir. Mons Chermon perpetua nive tegebatur, hinegs Oriva nives pro deliciis Tyrum deportari fole-bant, tefte Hyeronimo. In Targum adpellatur hic Mons; Mons nivis cofarced Paneadis, quo fuit Urbs ad Radices hujus montis fita. Vox חרמון Hilario derivatur a חרם Anathema. Cujus in Commentario ad Pfal. 133. duas adfert rationes. (*) ma eft putida et in ejus, quod Angeli filios hominum concupiscentes, Coelo dejecti, in hunc mon-tem venerint, unde Mons ille חרמון exercratio, anathema fuit dici poteft. (**) quod Gentiles Montem hunc femper prophana Religione venerati fint, eumqs in procipuis impiæ superstitionis sedibus, et officinis habuerint.

Sunt alia quoqs hujus Montis Nomina (†) Sidonii eum adpellant שריון. (‡) Emorræi שניר Vide Deut 3: 9. Aliquando tamen diftinguuntur שניר et חרמון ut Cant. 4:8. Adpellatur quoqs (‡) hic Mons שיאן Deut 4: 48. הר שיאן חרמון Mons Sion, qui Hermon. Eft hic Mons tertius septentrionalis Terræ Israëlitici, trans Jor-danem, uti Arnon Australis. Deut 3: 8. et 4: 48. Ad radi-ces hujus montis habitabant olim Chivvæi in Terra Mizpa. Jos 11: 3. et Judic 3: 3. Mons hic fuit olim sub Imperio Regis Og, Jos 12: 5. quo inde expulfo, totus mons ce-fit Israëlitis, Jos 13: 11. Pfal. 89: 13. Eft alius quoque Mons Chermon, non longe a Monte Tabor versus per-

enni

enni et copioso nobilis. Maundrellus scribet se super eo monte noctem transegisse, rentoriumq; suum ad roxe inundatum et madefactum nocte fuisse, ac si tota nocte pluisset. Ita jam de hoc Hermon non de proroce fonat locus Psal 133:3. Sicut ros Hermonis, qui in montes Sionis descendit. Quam prior Mons Hermon non roce sed nive semper abundabat usque ad hyemem. In Psal. 133. 3. per Sionem quoq; intelligimus non celebratissimum illum Montem Hyerosolymitanum per Montem Moriah sed potius Valles minores vicinos huic Monti Hermon, roremq; effundenti. Psal 42:7.

(3.) כַּרְמֶל Carmel, fuit in termino Asserali Tribus Asher Jos 19:26. et vicinus fluvio Kishon 1 Reg. 18:40, 43. Mons כַּרְמֶל pluvimis rebus, imprimis Eliæ vatis, cum Baalitis certamine celebris fuerat. Monachi Carmelitæ ab Elia vate, in Carmelo latitante, suam originem absurde fumunt. Fuit Mons Carmel fertilis, ad radices ejus in Littore maris purpuram sapius pescabantur. Duo allusum est Cant. 7:5. Caput tuum ut Carmel, et Capitis tui Cincinnus ut purpura. Ubi Solomon Sponsa Cxti. i.e. Ecclesiæ Caput cum Monte Carmelo,

Ca

Capillos autem ejus cum Purpurea, ad Carmelum inveniri solita, comparat. Eus purpurea ad radices Carmelis in ipso agrorum magna copia nasci solebat, montemque Carmelis ornabat. Prophanis quoq; Scriptoribus hic mons celebratur, imprimis Pithagoræ Philosopho, quippe, qui per Poetitores quosdam Aegyptios ad hunc Montem navi delatus, montem Carmelum conscendit, ac in summo ejus vertice Philosophicis contemplationibus vacavit, ut tradit Iamblicus de vita Pithagoræ Cap. 3.

(4.) Mons Tabor, ut ☉ Josephus de Bello Judaico Lib II. Cap. 2. scribit, situs est in Galilæa inferiore, in ipsa planicie, estque Terminus Septentrionem, ubi Judæi cum Syrea confligentes castra metati fuerant. ☉☉ Adamnanus scriptor 7mi Seculi, Lib. II. scribit: Montem Tabor hesebris floribusq; amoenissimis luxuriantem. ☉☉☉ Villibaldus in Itinerario suo tradit: In Monte Tabor est nunc Monachorum Monasterium, et Ecclia hoc Xto Mosi, et Elie est consecrata. Est Mons Tabor sublimis valde, et mira rotunditate collectus, aqualiter ex omni parte in verticem multo amoenissimum conjurgit. A figura Rotunda dicitur תבור et ר in ט mutato

ט בור

טָבוֹר locus rotunde editus vertex, et umbilicus montis.
Disputant Vici Docti; An secundum locum Marc.
9:2. Cæs. D. in hunc Montem Tabor adduxerit suos discipulos scil. Petrum, Jacobum, et Joannem, ut illi Jesus foret oraculi illius coelestis, quo Deus Pater Jesum Xtum Filium suum esse declarabat. Ex Hyeronimi, Cyrilli aliorumque auctoritate multi sententiam affirmativam tenent. Sed hæc opinio falsa. Nam tunc, cum tres illos discipulos in montem duxit, fuit Cæs Xtus in Cæsarea Philippi Mat 16:13. Marc 8:27. ibi varia collocutus cum discipulis suis. Mox Matt 17:1. Marc 9:2. subjungitur: Et post sex dies assumsit Jesus tres discipulos suos, Petrum Jacobum, et Johannem, eosque adduxit εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους in montem excelsum seorsim solos. Hic nulla mentio est itineris, quod Cæs fuscepit ex Cæsarea in aliquem locum remotum. Atque Tabor remotissimus distabat a Cæsarea, adeo ut Cæs per sex dies ex Cæsarea nusquam potuisset ad montem Tabor pervenisse cum discipulis suis. Atqui sexto demum die adduxit Cæs discipulos illos ad montem post colloquium cum iis factum.

Ergo

Ergo dicimus: Xtum transfiguratum fuisse in Monteum coram Petro Iacobo et Ioanne; sed non in Monte Tabor, verum in alio aliquo monte, qui vicinus erat Capharnaum, cujus Montis nomen in Evangeliis tacetur.

Objicere quis potest: Marc 9:2. Adduxit Xs discipulos suos εἰς ὄρος ὑψηλον κατ' ἰδίαν. Ubi illud κατ' ἰδίαν forcipsius, multi referunt ad ὄρος montem, qui forcipsius, i.e. sejunctim, ab aliis Montibus separatim fuerat situs, atqui Mons Tabor talis fuit, qui forcipsius stabat, nullis montibus contiguus. Sed illud κατ' ἰδίαν non ad Montem sed ad discipulos pertinet, quos κατ' ἰδίαν, forcipsius, separatimqs ab aliis discipulis, novos, solos tres illos scil. Petrum, Iacobum, et Joannem adduxit.

(5.) Garizim et Ebal duo montes Samariæ, quos inter, in valle profundissima jacet Urbs celebris, olim Sichem, postea Neapolis vocitata. Atqs hoc de Montibus Palæstinæ delibasse sufficiat. De Montibus Hyercosolymitanis suo loco agendum. Inter Montes trans Jordanemqs eminet Gilead et Montes Basan. Mons quoqs Nebo insignis est, super quo Moses homines inter esse desiit Deut 32:49. Thalmudicis celebratur הר המלך Mons Regis in quo ex fructas

fructus ese decies mille Urbes, imprudenter mentiuntur Talmudici Rabbini, quarum mille Urbes Rabbi Eliezerem Ben Chorcanus possidise ajunt. Reliquos Palestinæ Montes vide apud Relandum, in ejus Palestina.

(4.) Degressum de Montibus Palestinæ facientes, Valles ipsas ingredimur, occurritq; nobis

(1.) ma נַחַל קִדְרוֹן Vallis Kedron. Appellatur Kedron a profunditate et obscuritate sua. Iacet inter Hierosolymam et montem Olivarum. Quoniam Hyemem alveum torrenti præbet, sæpe pro Flumen verti solet ab Interpretibus. Vide Joseph. Antiq Lib 9. C-7.

(2.) Vallis Iosafat. Extat ejus mentio in S. Litteris non alibi, quam Joël 3: 2-12. Cyrillus in Comment. ad Joëlem scribit: Vallis Iosaphat est locus non multis ab Hierosolyma Stadiis distans versus Orientem, diuntq; eam esse nudam, Equitatui aptam, patentem. Aben Ezra putat eam dici Vallem laudationis a Iosaphato sic dictam quod in ea Valle fuerit Deus Hostes Iosaphati 2 Chron 20: 26. ubi appellatur Vallis laudationis, benedictionis. Ubi Rex Iuda Iosaphat quoddam Ædificium extruxit, vel quod memoria dignum gesserit. Sunt qui ex Oraculo Joëlis Cap. 3. male intellecto, ultimo et universali Dei Judicio hanc Vallem Iosaphati destinatam affirment. Cujus vani commenti primi Auctores sunt Magistri Ju-

Da

Idocum, interpolatores autem Pontificii. Hinc facto ex-
xocum cinno, colligunt Magistri Indocum: Resurrectio-
nem universalem force ad Montem olivarum, ai Val-
lem Iosaphati adjacere male sibi persuaserunt.

(3.) Vallem Refaim Interpretes appellant κοιλας τι
των Ios 15: 8. et 2 Sam 5: 18. et κοιλας γιγαντων
valles Gigantum Joseph. Antiq L. 7. C. 4. Duces hos exco-
cum sequitur Hieronymus, qui versioni Graeca nimi-
um fidit, adficmatos, Titanas illos seu Gigantes, quos
Graecia mendax finxit, per vocem Refaim ejus intelli-
gendos. At Refaim illi non Gigantes, sed prisci Cana-
nod incolae fuerunt Gen 15: 20.

(4.) בְּנֵי הִנֹּם Vallis filiorum Hinnom, sig-
natur Ios 15: 8. Erat Hyerosolymis adsita ad Austrum.
In hoc Valle erat~~at~~ locus excelsus adificatus, dictus
תֹּפֶת ubi Sacerdotes Idololatrae homines ipsos immola-
re solebant - Moloko igne eos comburendo. Ex eo anfam
hominum filios immolandi accipientes forte, quod Deus
Abrahamo dixerit: Adsume filium tuum unicum Isa-
cum, et offer in Holocaustum Gen 22: 2. Idolum Molochi
tale erat: habebat faciem vituli, manus expansas ut
si quid ei offerretur acciperet, et machinâ quadam manus ejus
agitante, rem oblatam subito sibi adstringeret. Septem
sacella, seu Cellulas habebat, ante quas imago Molochi stabat.
(1.) unus Sacellum intrabat qui pullum columbinum offerebat.
(2.) duus Sacellum, qui ovem vel agnum offerebat. (3) ius

Sa

Sacellum qui arietem offerebat. (4) tum qui Vitulum offerebat. (5.) tum qui Juvenem. (6) tum qui Bovem. (7.) Sacellum, illudq; intimum ingrediebatur, qui proprium filium Molocho immolandum offerebat. Is Molachum tum osculabatur, ut est Hos. 13:2 Sacrificatores hominum, vitulos osculantur. Molocum Sacerdotes igne suppositio, candere faciebant, infantemq; candentibus ejus brachiis imponebant. Hæ vero parentes infantum suorum ejulatus audirent, Sacerdotes ipsi Tympana pulsarunt, unde locus ille dictus est תֹּפֶת a תֹּף Tympana תַּבְעֵרָה Ignis Continuus hic erat ad comburenda Sacrificia. Hinc invaluit opinio locum hunc foce damnatis destinatum, ubi perpetuo igne excruciantur. Atq; laturq; Gehenna, quorsum referunt verba Xti Mat. 5:2. Εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Appellatur גֵּי הִנֹּם Vallis filiorum Hinnom, proprie Vallis ejulantium infantium; Quippe הִנֹּם est ejulatio.

(5.) Vallis Botri Num 13:23. sic dicta a Botrali racemo, quem Exploratores Israëlitarum, a Mose expediti, inde asportaverant. Auctor noster in sua Palestina hoc scribit: Homines labefactandæ S. Codicis auctoritati unice intenti, viderunt illum Botri magnitudine, quam Moses memorat. Vix integerrimus Henricus Lub. mihi narravit, se, dum in Palæstina habitaret vidisse Botrum Uvarum, seu racemum unum, cujus

non

pondus erat 9. Libr arcuum secundum Libras Europeo-
rum. Botrus hinc cum palmite ferebatur a duobus
Viris in pertica, ne quo pacto lederetur, non ideo, ac
si ab uno homine portari non potuisset.

(6.) Vallis Regis Gen 14:17. 2 Sam 18:18. Sic dicta
ex eo, quod Rex Sodomæ et Melchisedek in hac Valle A-
brahamo in occursum iverint, post cæsum Kedorlaomerum.
Dicitur Vallis Regis, quod ut in Midras Koheleth fol. 100
scribitur: illic Gentes omnes convenerint ex agro, et ex
gratis cedris Iconium exstruxerint, in quo Abrahamum
collocarunt, Principem eum divinitus datum agnos-
centes. Gemara 23. C. 6. Id quod etiam Epiphanius
Lib. II. T. 469. contra Hæreses adjecit. De Ajalone, Achor,
Schittim, aliisq; Palæstinæ vallibus, vide Relandum
in ejus Palæstina Lib. I. Cap. 54.

(✠.) Camporum nomine intelligimus Loca, quæ
Græci appellant πεδία, quales Campi in Palæstina ale-
bantur imprimis duo. (o) μεγα πεδιον, Campus Ma
gnus (oo) et Campus Israëlis.

(o.) Campus Magnus jacet ad utramq; Jordanis
ripam, hunc enim Campum Jordanes longius ambiguis-
que flexibus interclusit. Longus est hic Campus Stadia
1200. Hunc Campum Lothus sibi elegisse dicitur, ubi
Tentoria sua fixerat, usque Sodomam, ibiq; cum
familia sua consedit ut in Geographia Nubi

en

enfi reditura.

(00) Campus Iſraëlis in Paleſtina ſic dictus eſt ab Urbe Iſraël. Gradus dicitur μεγα πεδιον λεγεωνος, Campus Magnus Legionis, ab Urbe Legio. Quo celebris evaſit tempore illo, quo Paleſtina a Rñis occupata eſt; et vox illa Legio procul dubio tunc in Scripta Linguas Hebraeorum irrepſit, ut vult Euſebius. Hieronymus eum appellat Campum Maximum, pro grandem. De reliquis Paleſtinae campis item locis incultis, et ſilvis vide Auctorem in Ejus Paleſtina Lib I. Cap. 55: 56.

(7.) Septimo jam fertilitas Paleſtinae obiter tangenda. Quum hodierna Paleſtinae facies multum differat alteri, in dubium multi revocant Vetus illud Paleſtinae decus, quod Sacra celebrant Littera circa Ejus fertilitatem. Verum humanae ejus ſtupendamque fertilitatem cum Sacra Littera, tum Veterum Scripta concelebrant.

Sacra Littera celebrant Paleſtinam ut Terram bonam, fertilem, Terram lacte mellegue fluentem, ubi incolae fugebant mel e petra, oleum ex rupe, lac et Greges butyrum ex armento, ſanguinem ex racemis, i. e. vinum praeſtantiſſimum Deut 32: 13, 14.

(1.) Oleo et Vino jam praeſtantiſſimo gaudebat Paleſtina, ut in Cuſa Rabbathi fol 85. ſcribitur,

et

et apud Hieronymum in Comm. ad Hos. Cap. 6. 12. Hinc Rex Salomon Regi Tirorum Hiramo quotannis dabat 20000 ÷ Viginti mille choros olei 1 Reg. 5: 11. Hinc Rabsake adpellat Palestinam Regionem Vinearum et oleorum 2 Reg. 18: 32.

(2.) A' potu ad Cibus, eorumq; condimenta si transeamus (*) Salem habuit praestantissimum ex Lacu Asphaltite, quem Galenus maxime commendat, ut supra vidimus. (**) Tritici, hordei, aliarumq; frugum omne genus, Palestinam fertilissimam, feracissimamq; fuisse Sacra perhibent Litera Deut 8: 8. adpellatur Palestina Terra tritici et hordei. 1 Reg 5: 11. Legimus Salamonem dedisse quotannis Regi Tyrorum Hiramo 20.000 choros Tritici. Talmudici quoq; testantur in Palestina ingentem copiam omne genus frumenti provenisse. (**) Bovum, Ovium, Caprarum, avium q; et aliarum maximam hic copiam fuisse, patet ex infinitis Sacrificiis et Pascuis huic usui destinatis. (**) Pisces Jordanes et Lacus Tiberiadis abunde suppeditabat, ut testantur N. Ti Tabula, hodiedum apud illa pisces abundant. Ex Magno Marci Pisces accipiebant non tm Marcis illius Accola, sed etiam Hyerosolymitani Cives: Unde una Portarum Urbis Hyerosolymæ, qua Diospolim itur, adpellata est Porta piscium, teste Hyeronimo (**) Mel praeter

2

id, quod apes congerere solent, magnâ copiâ Palestina abat, quod arbores silvestres ejudabant, et illud erat μελι ἄγειον, quo alimento Joannes usus est Matth. 3:4. Non fu fragore Rhynci Dochaeto qui contendit: Mel illud silvestre, quo Joannes, in Insula Pathmos, vietitabat, fuisse mel quod apes in arboribus silvestribus condere solent. Ut nobis hic exit Diodorus Siculus Lib 9: Cap. 104. in Bi liotheca Historica hoc de Nabatæis scribens: Nabathæ ctuntur Carne et Lacte, et iis quæ ex terra proveniun Nascitur autem apud eos piper in arboribus, et mella plurima arborees ejudant, quæ mella silvestria di- cuntur, quæ aqua mixta bibuntur. Dioscorides Lib. I. Cap. 37. De re medica. Item Plinius Hist. Nat. Lib 23 Cap. 4. scribunt: in Syria regionibus maritimis fonte nasci et manare ex arboribus pingue quid, resinæ te nuius, melle crassius, sapore dulce, quod ελιο-μελ dicitur. i. e. mel olei. Hinc Maundrellius scribit: odorem mellis in ora maritima Palæstinæ e naribus hausisse.

(3.) Ferax Palæstinæ fuit etiam Palmarum, fructuum Balsami. (*) Palmæ Palestinæ celebrantur ob fructus quos tulere gravissimos, et ingratos. Horatius Pingvia hoc Pal meta dixit; Epist. Lib. II. (**) Balsamum vero non nisi in Palæstina excrevisse idonei testantur Auctores, ut Josephus Plinius, et Dioscorides. Hodie autem solum natale Balsami

Ex

est Arabia felix, unde in Regiones alias transportari solet Balsamus. In ipsa quoq; Palestina hodiedum nasci Balsamum certum est, sed non sponte ut olim, verum magna cultura, nec in Campis ut olim, sed in hortis.

Veteres quoq; Scriptores mirant Palestinæ fertilitatem testantur, (†) Tacitus Lib. 5. Cap. 6. scribit: Rari in Palestina imbres, fertile solum, ubi exuberant fruges, balsamus ex Palmis, Palmitis proceritas et decor. (‡) Hyeronimus ipse incola Palestinæ ad Cap. Ezech. 20 ait: Inclytam esse terram Iudæ et cunctis terris aliis fertiliorem dubitare nequit, qui a Rhinocolura usq; ad Montem Taurum et Euphratem fluvium totam terram contemplatus fuerit, ubertatem fructuum Regionumq; amœnitatem lustraverit.

At jam hodie tot tantisq; bellis devastata Palestina, veteris decoris, majestatis et splendoris, vix umbram habet. Perpetuis Arabum, Kurdarum, aliarumq; Gentium incursionibus et latrociniis adeo in præsens molestatur, ut hodie, in totam terram Arabe, vix minus tantum carpatur iter a Viatoribus, quam in ipsa Palestina. Itinerariographi describunt nobis Palestinam, ut omnis populationis locum, et Regionem avarorum hominum extorsionibus vexatam. Tota hodie luctu squallet, et Turcarum Dominio prope, vix spiritum trahit. Horret nunc ruinis, arenis, silvis rupibusq; et asperitate locorum deformata gemit. Ac pro molli viola, pro balsamo odorato, et pro ficu, cardamo, et spinis pungit Paliurus acutis.

(θ.) Octavo incumbit jam, ut paucis agamus de mystica Terræ Sanctæ vaticinii significatione. Quem laborem justo ut ordine pertexere

que.

quæamus. (*) Contemplabimur Terram Chanaanis ut Hæreditatem V. Fri (**) ut Typum Hæreditatis N. Fri longe excellentem.

(*) mo. Apud Theologos Scholasticos nil notius, et magis vetitum, quam Terram Chanaanis Fidelibus V. Fri divinitus adsignatam fuisse in cœlestis meliorisq rei pignus et Hypothecam, vel Arrabonem. Deus Terram hanc jam olim Amico suo Abrahamo Eiusq posteris promiserat Gen 12:4. et 13:15. Item 15:7. et 18: 7, 8, 18. imo et jure juramento adhibito Gen 26:3, 4. Exod 33:1. Ezech. 20:6. Eam tandem Semini Abrahami, scil. Israëlitis potentissima manu vindicavit, vetustis incolis illic profligatis indeq expulsis. Deo Terra Canaan audit Terra promissionis, et Hæreditas Israëlis. Speculatusq adeo ut Donum Fœderis Sinaitici, et ut Hæreditas N. Fri. Non tamen est putandum, ac si tota V. Fri Hæreditas in externa tantum Terræ Canaanis possessiuncula fuisset terminata et absoluta. Injuriosum sane id cum Deo tum Populo Israëlis fuisset, totamq adeo V. Fri naturam everteret, si Deus Opt. Max. tantis promissionibus, Abrahamo Posteriseq ejus factis, nil præter nudas Terræ glebas, [: quantumvis fertiles :] complexus fuisset. Talia enim externa tantum Dona et promissa cœlestia Israelitarum desiderium explere non potuisset. Et quis putet animos Israëlitarum his tantum terrenis bonis fuisse alligatos, quum ii cœlestia magis quam terrestria fuerint meditati. Sub externa igitur Terræ Canaanis promissione longe excellentius,

idq.

Dqs Coelestis, bonum Israëlitis promissum fuerat. scil. vita aeterna hereditas, quam emenso vita terrestris curriculo, tandem in Coelesti Canaane Israëlita adprehenderent. Quare Israëlita Terram illam Canaanis terrenam amore externo complecti, et summo in pretio habere debebant; certo perspecti, externa hujus terrae possessione ipsam Coelorum possessionem et hereditatem ipsis obsignari, et exhiberi. Quare vita longior eaq; jucunde in Terra Canaan exacta, Argumentum erat Numinis favoris, Vitaq; coelestis. E contrario Vita terrestris repente abrasum curriculum, denique exilium expulso e Terra Canaanis, aliaq; afflictiones, erant ixati Numinis Argumenti. Et nimis fame dolebant Judaei: cum hoc mala subinde cogebantur. Sentiebant enim per hoc mala se turbari in Coelestis illius pignoris usu, manibusq; suis Coeleste illud depositum excuti. Atq; rem hanc latius deducendam Theologis Systematicis committimus.

(**) Praeter Schesin illam qua cognovit Fidelis N. Tis habet Terra Canaanis aliam quoq; Schesin, qua felicet cognovit Ecclam N. Tis. atq; ita fuit Terra Canaanis Typus Hereditatis N. Tis longe excellens. Duo igitur hic dabimus.

(a.) Demonstrabimus Terram Canaanis habuisse vim Typicam.

(b.) Dabimus Analogiam Terrae inter Canaanis et Ecclam N. Tis.

(a.) Terram Canaanis vim Typicam habuisse his rationibus patet: (1.) Omnis Ratio et Oeconomia V. Tis fuit

Typica

Typica, figuramq; gessit N. Fri, ergo et Terra Canaanis erat typica, atq; adeo expressit Hereditatem N. Fri. (2 Testimonio SScae id confirat Hebr. 11: 8, 9, 10. Per fidem Abraham habitavit in Terra promissionis, expectans civitatem fundatam, cujus Architectus est Deus. Ab hoc Schemate deducta est illa Dei promissio Jerem 3: 4. Introducam vos in Sionem. Ex quibus manifeste patet: Terram promissionis, quam Abraham per fidem incolebat, denique Abrahamo datum N. Fri. (3tio Conversionem Gentium, copiamq; bonorum Spiritualium in N. Fro solem Prophetæ expingere lineamentis ab occupatione Terræ Canaan Ejusq; ubertate ductis. (4to Prophetæ Orbis Terrarum Hereditatem prolixo carmine adscribunt Fidelibus N. Fri Psal 37: 9, 11, 29. Mat. 5: 5. Hanc vero Orbis Terrarum Hereditatem, qua Fidelibus N. Fri promissa est, figurabat Terræ Canaanis Hereditas illa externa quam Fideles V. Fri habebant. (5.) to Deus promisit se facturum Novum Terram tempore Messiæ Novæ Esa 65: 17. 2 Petr 3: 13. (6)to Num 14: 21, 22, 23. Collato Psal 95: 11. Legimus quoque Deum: quod Rebelles Judæi in requiem Dei numquam sint ingressuri. Ubi per Requiem Dei intelligitur litteraliter, quieta et tranquilla Terræ Canaanis possessio, qua exactissime figurabat spiritualem ac coelestem illam N. Fri quietem, quam hodie possidemus, quam Xs adduxit.

Dr

Id probat auctoritas Apli Hebr. 4:1--11. Ubi dicit Apostolus: Requiem illam |: seu tranquillam Terræ Canaanis, suæ sortis occupatæ possessionem:| Ejus Typicam, qua ips adumbravit spiritualem Novæ Oeconomiæ quietem, et Beatum illud Sabbathum, quod Electis adduxit. Ex his satis apparet, Terræam Canaanis Virtutem omnino habuisse Typicam, ipsamq; adeo Hæreditatem N. Ti: palam figurasse.

Quum autem Novi et Æterni T-ti Hæreditas sit duplex, (+) Altera Terrestris quam Ecclæ N. Ti hîc in terris accrescere debet, qua ips est Hæreditas Gentium, seu Hæreditas Mundi Psal 2: 8. Pete a me, et dabo tibi Gentes in Hæreditatem, et fines terræ in possessionem. Vide et Jerem 3:14. (+:) Alia autem Hæreditas Cœlestis, quam Fideles demum in Cœlo occupabunt post longos vitæ hujus terrestris errores emensos, quis inficias ibit, quin Terra Canaanis Typus exstiterit utriusq; illius Hæreditatis N. Ti vivisque coloribus pinxerit statum Ecclæ N. Ti cum in Gratia, tum in Gloria.

(b.) Pandenda nobis est Analogia Terræam inter Canaanis et Ecclæ N. Ti.

(1.) Terra Canaanis fuit Gentis Israëliticæ, Deo dilectæ et sanctæ sedes et Patria. (•) In qua erat splendidissima Metropolis Hierosolyma, Ubi erat Templum Salomonis magnificentissimum, in quo habebant Israëlitæ Divinæ præsentiæ Symbola, et familiaris

Dei

Dei frequentatur Commercio. Ita in N. Test Oeconomia habitant Fideles Deo dilecti et Foederati, hoc enim est Civitas Dei vivi Heb. 12:12. Mater omnium nostrum Galat 4:26. Hic Templum est Spirituale in quo Deus residet. 2 Cor 6:16. Confer Levit 26:12. Ezech 37:26. 28. Eph. 2:21, 22. Hic Fideles cum Deo conversantur Psal 25:14. Arcana Dei Deum timentibus et colentibus hic revelantur. Hic Deum cum Parrhesia. i.e. fiducia loquendi convenimus Eph. 3:12. Hebr 4:16.

(2.) Possessionem et Hereditatem Terrae Canaanis ejusq; Donorum vel ut gratuitum Donum Deus indulsit Israëlitis, absq; intuitu meriti et dignitatis Israëlitarum. Vide Deut 7:7, 8. Ita ut quis Heres fiat Evangelii N. Test, Donisq; et Donis Spiritus Sancti utatur hodie in N. Oeconomia ex mero Dei Beneplacito et sola Gratia pendet. Eph. 2:8, 9. Coelestis quoq; Gloria Hereditatem non nisi ex Merito Christi, non nisi ex pura putaq; Dei Gratia Fideles apprehendere possunt. Matth 25:34. 1 Pet 1:3, 4. Act. 20:32.

(3.) Israëlitae non nisi post multa retrum digressiones post longos in Arabia errores. Post proelia et bella contra Cananaeos aliasq; Gentes fortiter gesta potuerunt Terram Canaanis occupare. Ita Evangelii N. Test Fidelibus calcanda est via saepius aspera, arctandus adversus Hostes. Vis inferenda est Regno Dei Luc 16:16. Mat: 11:

12. ut tranquilla tandem in Coelis pace fruantur Hebr. 4.

(4.) Terra Canaanis erat omnium bonorum externorum feracissima; ita Ecclia N. Jti est feracissima Donorum Spiritus Sti Donorum fil. coelestium, quorum effusio longe major est hodie, quam fuit in V. Oeconomia Jerem 31:14. Considerata largiori hac Donorum copia coelestium, plebs N. Jti, quasi in admirationem rapta, sic loquitur Zach. 9:17. Quantum est Donum Dei! Frumentum Juvenes, et Mustum Virgines loqui faciet. Confer Psal. 36:9. In quibus atq; Oraculis felicitatem Ecclæ N. Jti Celebrantibus, et allusis ad fertilitatem Terræ Canaanis, ejusq; fructus longe suavissimos. Quam Terræ Canaanis fertilitas pulcre pingebat beatissimos coelorum Fines, ubi fideles in communione Dei lætabuntur Psal 16:11.

(5.) Terra Canaanis inter 12. Tribus Israëlis sorte fuit divisa, quavis ut Tribus suam haberet portionem. Ita tota Fidelium N. Jti multitudo sub 12. Tribuum Israëlis emblemate inducitur Apoc 17. Singuli vero Fidelium suam, cum in Gratia, tum in Gloria, habent portionem, quæ ipsis sorte quasi obtingit Colos 1: 12. et Psal 16. Sors autem illa semel in Fideles devoluta ab alienari et ipsis adimi nunquam potuit, ideo adpellatur sors illa Hæreditas incorruptibilis, immarcescibilis 1 Pet 1:4.

(6.) In Terram Canaanis Israëlitas Dux Josua induxit. Moses quidem poterat Israëlitas Ægypto educere,

Ea non poterat in Canaanem introducere, verum Jo
sua Imperator introduxit. Quo ipso significatur: Lex
poterat quidem hominem edocere vel expellere, et femi
ipso, cum homini vigeriam et corruptionem ejus co.
gitandam proponit, hominemq; in salutis negotio ni.
hil valere palam ostendit. Verum in Gratiam et Glori.
am mysticus tantum ille Josua fecit. Cui Jesus poterat
hominem introducere, solidamq; animi quietem dare.
Atq; hoc paucula de Mysticis Terræ Canaanis figni.
ficatione dicta sufficiant. Ex his Campus patentissi-
mus, in quo Concionatores suam exercere possunt in
dustriam. Modo examen tamen commendamus in Typi.
cis et Mysticis. Procurantq; in Mysticis Rationibus ex
tantiores partes semper exequere, relictis minutiis,
quæ nec publicæ Ædificationi quicquam conferunt,
nec solidam Eruditionem spirant.

CAPUT. 2.
DE.
URBE HIEROSOLYMA.

Urbium multitudine omnes alias Orbis Terrarum
partes Palestina superabat. (1) 13. Urbes erant Sa
cerdotales. (2.) 35 Levitis adsignata. et (3.) 6. Urbes erant
Asylaces, i.e. Urbes Refugii, in quas si homicida capide

fu

fugisset, tuti illic erant, ut suo loco videbimus.

Omnium Palestinæ Urbium celeberrima fuit Hierosolyma, quæ et Metropolis, et Sedes Religionis sanctissima, ipsoque Scheckinæ Numinis, & gloriosissima Dei præsentia erat celebris. Ergo dabo §§ Litteralem et Historicam hujus Urbis descriptionem. §§§. Typicam et Mysticam ejus significationem tradam.

§§. In Litterali descriptione dabo (α.) ejus Nomina. (β.) Situm. (γ.) Muros. (δ.) Portas. (ε.) Loca ejus extra muralia. (ζ.) Privilegia ex Talmudicorum Traditionibus.

(α.) Nomina ejus (a.) Antiqua. (b.) Recentiora.

(a.) Inter Antiqua Nomina (o) primum et vetustissimum est IEDUS. §. I. vel ore Hebræo JEDUSI Jos 15: 8. et 18: 28. Quod ei impositum a IEDUSO Canaanis filio, et Chami nepote, ex eo, quod Chami Posteri hanc Urbem condiderint, primique incoluerint Jos 15: 63. ubi scribitur: Jebusæos, Urbem Hierosolymam incolentes, a Tribu Juda expelli non potuisse. Unde dicimus: quod cum Judæi Palestinam primum occupavissent, tunc hanc Urbem inhabitaverint Jebusæi, sic dicti a suo Genitore IEDUSO, Urbemque dictam de nomine Incolarum IEBUS.

(oo) Abolitō nomine hoc vetustō IEBUS, inditum Urbi est Nomen יְרוּשָׁלַיִם Hierosolyma. Etymon vo-

cis

cis □ש׳ר׳ק vel □ס׳ש׳ר׳ק hactenus multis halluc-
cinationibus obnoxium fuit. Criticis enumeta naucis
ludibrium debent Eusebius, Hegesippus et. Veteres: qui
voci merce Hebraeo originem Graecam adscribunt, quasi
vox □ס׳ש׳ר׳ק veniret a Graeco ΙΕΣΣΘΑΛΗΜ. Sanae
res Criticis intra Linguam Hebr. calculos se se continent, di-
versas tamen vias ineunt, nam (·) Alii derivant vocem
□ס׳ש׳ר׳ק a שׁאל timuit et □ש׳ל pax, quod sit Urbs
qua pacem veneretur, et timeat. (··) Alii a □ראל
et □ש׳ל vidit pacem. (∴) Nos sequimur Auctorem,
vocemq; □ס׳ש׳ר׳ק derivamus vel potius componimus
(+) ex ש׳ר׳ק possessio. participi. Palud a שׁרר possidi-
et (≠) □ס׳ש׳ל liquiditates tranquilitates. Obs. ergo □ס׳ש׳ל
ש׳ר׳ק notat possessiones liquidas et tranquilla pacis.
Ex voce ש׳ר׳ק Euphoniae gratiâ litera ש a fine sublata
fit □ס׳ש׳ל-ר׳ק. Id fit sepe in Nominibus pro-
priis, ut in נ׳ס׳ו׳ה׳ נ׳ס׳ן׳ sublatâ ultimâ Literâ et נ׳ס׳ן׳
exit נ׳ס׳ו׳ה׳ Nini habitaculum. Partem vero vocis
□ס׳ש׳ר׳ה׳ק׳ fil. illud □ס׳ש׳ל male Auctor nosper dedu-
cit a □ש׳ל nam Radix est ה׳ש׳ל pro ן׳ש׳ל vel ס׳ש׳ל
liquide tranquillum esse, inprae aqua. Inde □ש׳ל
pax etqs in voce □ש׳ל lita □ Mem. Hieroglyphica

Male

Male □ש֗ל֗ו֗ר֗ש֗ם֗ Dicitur a Grammaticis esse in forma Duali. Quippe ex Femate derivato □י֗ר֗ו֗ש֗ם֗ Duale deberet esse □ש֗ם֗ים֗ר֗ו֗ש֗ם֗. Ergo est Plurale a ש֗ל֗ו֗ם unde plura. □ש֗ל֗ו֗ם֗ et cum ה֗ר֗ש֗ם֗ fit □ש֗ל֗ו֗ם֗ה֗ר֗ש֗ם֗ Obs. Semel in Sacris occurit □ש֗ל֗ו֗ם֗ה֗ר֗ש֗ם֗ alias semper exacto Iod □ל֗ו֗ם֗ה֗ר֗ש֗ם֗ observantem pronunciationem in voce Iud do. Volunt autem Criticii nostri □ש֗ל֗ו֗ם֗י֗ר֗ש֗ם֗ esse Dualem ob duplicem paem, temporarium et aeternam, quam in N.T. habemus, et in Coelis, quam Urbs illa designabat. Rabbini ex eo, quod Urbs illa habebat duas partes, inferiorem, et superiorem, ut infra dicimus.

Nomen □ש֗ל֗ו֗ם֗י֗ר֗ש֗ם֗ inditum esse videtur huic Urbi Tempore Salomonis, quum universa Iudea insigni pace fruebatur, facta allusione ad Nomen proprium Salomonis, qui paem colebat, cujusque Nomen pacificum denotat. Facta denique allusione ad paem coelestis Hierosolyma. Non adsentimur P. Vitringae, qui in Comment. suo in Apoc. 21. v. 2. putat huic Urbi Nomen □ש֗ל֗ו֗ם֗י֗ר֗ש֗ם֗ impositum esse a Melki Zedeko. Ita Patres Graeci vocem Hierosolyma deducunt ex ἱερὸν et δόλυμα, ajunt quippe: Regem Canaanaeum nomine Justum i.e. ἰγγυν Methyedetum, huic Urbi addidisse ἱερὸν Templum. Urbemque hanc primum Solyma dictam, tandem vocitari coeptam Hierosolyma ἱεροδόλυμα. Atque hoc inceptum Commentum vide apud Joseph. de Bello Jud. Lib. 7.

Cap.

cap. 18. Ubi hoc Josephus refert: Primus conditoris jus fil. Hierosolyma, fuerat Canandocum Dinasta, qui lingua Patria appellatus Rex Justus; erat quippe talis, nam Sacerdotium primus Deo exhibuit, et Fano primum Dificata, Civitatem antea Solymam dictam, appellavit Hierosolymam. Ast audita hæc omnia dixerim, quis enim credere potest Canandos Urbibus ab se conditis Græca nomina imposuisse.

Tacitus Hist. Lib. 5. Cap. 2. ait: Non deesse quosdam, qui credunt, Gentem Iudam, quam Homerus Solymos vocat Urbi huic originem nomenq; dedisse. Quippe Homerus Odyss. E. scribit, quod Neptunus e longinquo conspexerit navigantem Ulyssem ex montibus Solymorum. Idem Homerus Iliade 3. narrat Bellerophontem Regem Siciorum Solymis bellum intulisse, i.e. Judæis. Ex quibus Homeri verbis colligunt multi Homerco Judæos natos fuisse, quos ille Solymos vocavit. Sed falsum est Homeri ætate Judæos Græcis adhuc innotuisse. Ergo per Solymos intelexit Homerus Pisidas, qui in Asia minore circa Lycium habitabant. Vide Plin. Hist. Nat. L. 11. cap. 27. Vide plura de hac re apud Bocharum in Geograph. Sacra L. 1. C. 6.

(000) Tertium idque vetustissimum Urbis hujus Nomen est SALEM. semel tantum in Sacris

ocurr

occurens Psal. 76: 3. Exfitit tentorium ejus בְּשָׁלֵם in Salem, et Commoratio ejus in Sione. Sacer vates adpellat Urbem hanc taliter Salem postquam ea Urbs nomen Jerusalem induerat. Non ergo Jerusalem adpellat Jed Salem forte compendii causa, vel ob Metri Rationem. Interim alii prosi pronunciant Solyma pro Hierosolyma. Ita valer Flaccus Argonauticon Lib. I.-- Solymo migrantes pulvere fratres pro Hyerosolymitanos.

Rabbini negantur: Urbem hanc primum a Semo dictam esse מַלְכִּי־צֶדֶק Salem. Tandem ab Abrahamo adpellatam יְהוָה יִרְאֶה Jehova providebit. Gen 22: 14. tandem demum ex his vocibus מַלְכִּי־צֶדֶק et יְהוָה יִרְאֶה conflatam esse vocem מִרְאֶה. Sed hoc Rabbinicum nec capa quidem nunc emendum.

Disputantur inter Criticos, An Urbs Salem, cujus mentio est Gen 14: 18. cujus Rex fuit Melchisedechus eadem fuerit quae Hyerosolyma. Multi affirmant. Nos negamus, ratio, quia tempore Abrahami Urbs illa Salem cujus Rex Melchisedechus erat, incolis abundabat. Sed nostra Hierosolyma tempore Abrahami, quo ille filium suum Isaacum immolare jussus est, nondum condita fuit. Quippe Abrahamus

aman

amandatur in Montem Moriam, tanquam in locum
solitarium, ab omni hominum frequentia semotum,
longeq; rejectum, ut filium suum Isaacum ibi immo-
laret. Unde colligitur, tunc temporis, quo Abrahamus
filium suum immolaturus erat Sacrum illum Mon-
tem Moriah, supra quo deinceps Hierosolyma Urbs con-
dita est, incolis carnifice, et penitus destitutum fuisse.
Atqui Urbs illa quo tempore Abrahami dicta est SA-
LEM. cui Melchisedecus pro erat, tempore Abraha-
mi incolis erat frequens et per celebris, ut Hebraei
Chaldeus Paraphrastes et Josephus referuntur. Ergo Ur
SALEM, in qua Melchisedecus ~~era~~ Regem agebat, longe
alia fuit quam nostra Hierosolyma. Patet ergo sepri
Hyeronymum, qui Urbem Melchisedecianam SALEM
dictam, perhibet fuisse Oppidum quoddam prope Scy-
thopolim atq; adeo ab Urbe Hyerosolyma longe re-
motum. In quo oppido ruderea Palatii Melchisedeciani
tempore Hyeronimi superfuisse, ipsiq; Hieronimo
ostensa, refertur Hieronimus; cujus verba hoc sunt:
SALEM Oppidum est juxta Scythopolim, quod ho-
die usq; appellatur Salem, ostenditurq; ibi Palati-
um Melchisedech ex magnitudine Ruinarum Ve-

teris operis Magnificentiam referens. Adde et Theoni-
con Paschale: Melchizedek est Homo, ex Gente Cham, trans-
latus e Gente sua et recta Camandoram εἰς τὸ πέραν
τοῦ Ἰορδάνου εἰς τὴν Σάλημ πολιν. in oram trans
Jordanensem, in Urbem Salem. Ergo Oppidum Salem
longe differt ab Hierosolyma. Nam Salem erat situm
ad Scythopolim, atqui Scythopolis longe distabat ab
Hierosolyma, exatqs ad ripam Jordanis et terminabat
Galilaeam inferiorem. Scythopolis olim vocabatur Bethsean
Judic 1:27. Jos. 17:11. 1 Macc. 7:29.

(88) Appellatur Hierosolyma κατεξοχην URBS SANC-
TA. Quo nomine apud Prophetas honestatur ut Isa 48:
2. Neh. 11:18. Ubique respicitur עִיר הַקֹּדֶשׁ Urbs San-
cta, vel Urbs Sanctitatis. Siclus seu Nummus quoqs Judai-
corum una sui parte hanc Inscriptionem habet: קדשׁ
ירושׁ Urbs Sancta Hierosolyma. M. M.
Fabulis quoqs Fabulis appellatur ἁγία ἡ πολις San-
cta Civitas Mat. 4:5. Diabolus Christum assumptum tollit
εἰς ἁγίαν τὴν πολιν in Sanctam Civitatem.

Disputatur inter Criticos, an Urbs καδύτις a-
pud Herodotum memorata eadem sit cum Urbe hac San-
cta. scil. Hierosolyma, quae passim dicitur עִיר הַקֹּדֶשׁ. Cla-
rissimus aliiqs asserunt. Nos negamus, nam quum Herodotus

Urbis

Urbis καδῦτις meminit, describit Arabiae Regionem, in qua Hyerosolyma numquam fuit. Denique in describenda Kadyti non meminit Fengli, aliorumque operum excellentium. Quod more suo nemtiquam neglexisset, si Kadytis Herodoti nostra fuisset Hyerosolyma. Sed quia hoc latius discutere longe foret laboris, rei hujus cupidos relegamus ad Eruditam de hac re Dissertationem Viri Cl. Casp. Valckenaer, in Acad. Franeq. L. Grae. Professoris, Amici olim mei et Condiscipuli. Dicta ergo est Urbs Hyerosolyma SANCTA. (*) Quod hic fuerit Templum magnificentissimum, in quo Arca Foederis Scheinm Symbolum praesentiae Dñi exstabat. (**) Quia Sedes Cultus Dñi hic fuit. (***) Quia figuram gerit Ts. Dñi et Regni Coelorum Apoc 21:2. Vidi Civitatem Sanctam, scil. Hierosolymam coelestem. De his plura dum de Privilegiis hujus Urbis agemus.

(b.) Recentius Urbis hujus Nomen Ælia Capitolina et بيت المقدس ab Arabibus sic dicta, qui eandem Urbem adpellant القدس Æliam quoque. Hoc Nomen adhuc Urbi Hierosolymae, ab Ælio Hadriano Rñorum Imperatore. Quippe postquam Titus Vesp. Hierosolymam adeo devastaverat, ut teste Josepho, vix ea habitabilis fuerit. ipse Ælius Hadrianus Conjurationes et Rebelliones Judaeorum penitus extincturus, omnemque ipsis Urbis et

Fengli

Templi restaurandi spem projecerunt, Urbem solo aequavit, aliamque ejus in loco Urbem extruxit, quam de suo nomine appellavit Ælium, Jovique Capitolino dedicans, tandem nominavit Ælium Capitolinum. Vide Xiphilinum in Epitome Dionis. ubi sic scribit: Hierosolymam denovo structam Hadrianus Αἰλίαν καπιτολίνην ἀνόμασε Ælium Capitolinum nominavit. Templum Hierosol. excellentissimum versum est tunc in Cloacam et perquisitissimum. Vide Hieronym. in Comm. ad Esa. 46.

Per Nomen Ælia Capitolina vetus Nomen Hierosolyma penitus abolitum est, adeo ut teste Eusebio de Martyribus Palestinis Cap. 11. Judex Quidam, qui in Palestina Caesarea habitabat, quum Christianos Judaeos adactos et aegrotos de patria rogaret, unde nam essent? Respondebant Christiani: se esse ex Hierosol. Urbe. Judex ille nomen Hierosolymae ignorabat, sciscitabatque de situ loco Hierosolymae Christianos interrogabat, existimans Urbem eam recenter forte a Judaeis extructam, ut Christianos jugum excutercent. Tandem post felicissima, et Christianis auspicatissima Constantini M. tempora, Nomen Hierosolymae iterum redit, hodieque ipsa est.

Ubi Ælius Hadrianus Hierosolimam funditus everterat, novamque in loco ejus Urbem condiderat, quam Ælium Capitolinam appellavit. Templum Jovi Capitolino ibi erexit, ubi olim Templum Salamoneum erat. Ad portam Urbis, quam Bethlehemam itur, effigiem porci,

ani

Urbis καδῆτις meminit, describit Arabiæ Regionem, in qua Hyerosolyma numquam fuit. Benigs in describenda Kadyti non meminit Templi, alioquings Operum excellentium. Quod morae suo nequaquam neglexisset, si Kadytis Herodoti nostra fuisset Hyerosolyma. Sed quia hoc latius discutere longe foret laboris, rei hujus cupidos relegamus ad Eruditam de hac re Dissertationem Viri Cl. Casp. Valckenaer, in Acad. Franeq. L. Græc. Professoris, Amici olim mei et Condiscipuli. Dicta ergo est Urbs Hyerosolyma SANCTA. (•) Quod hic fuerit Templum magnificentissimum, in quo Arca Fœderis Scheinsymbolum præsentiæ Dñi exstabat. (••) Quia Sedes Cultus Dñi hic fuit. (•••) Quia figuram gessit N. Jᵉ et Regni Cœlorum Apoc 21:2. Vidi Civitatem Sanctam, scil. Hierosolymam cœlestem. De his plura dum de Privilegiis hujus Urbis agemus.

(b.) Recentius Urbis hujus Nomen Ælia Capitolina et بيت المقدس ab Arabibus sic dicta, qui eandem Urbem adpellant ايليا | Ælian quoqs. Hoc Nomen adhuc Urbi Hierosolymæ, ab Ælio Hadriano Rñorum Imperatore. Quippe postquam Titus Vesp. Hierosolymam adeo devastaverat, ut teste Josepho, vix ea habitabilis fuerit. Ipse Ælius Hadrianus Conjurationes et Rebelliones Judæorum penitus extincturus, omnemqs ipsis Urbis et

Templi

Templi restaurandi spem projecerunt, Urbem solo aequavit, aliamq; ejus in loco Urbem exstruxit, quam de suo nomine appellavit Æliam, Jovique Capitolino dedicans, tandem nominavit Æliam Capitolinam. Vide Xiphilinum in Epitome Dionis. ubi sic scribit: Hierosolymam denuo frementes Hadrianus Αἰλίαν Καπιτωλίνην ὠνόμασε Æliam Capitolinam nominavit. Templum Hierosol. excellentissimum versum est tunc in Cloacam et sterquilinium. Vide Hieronym. in Comm. ad Esa. 46.

Per Nomen Ælia Capitolina vetus Nomen Hierosolyma penitus abolitum est, adeo ut teste Eusebio de Martyribus Palestinæ Cap. 11. Judex Quidam, qui in Palestina Cæsarea habitabat, quum Xtianos Judæos adductos et accusatos de patria rogaret, unde nam essent? Respondent Xtiani: se esse ex Hierosol. Urbe. Judex ille nomen Hierosolymæ ignorabat, sæpiusq; de situ locoq; Hierosolymæ Xtianos interrogabat, existimans Urbem eam recenter forte a Judæis exstructam, ut Xnorum ingenia exercerent. Tandem post felicissima, et Xtianismo auspicatissima Constantini M. tempora, Nomen Hierosolymæ iterum rediit, hodieq; in usu est.

Ubi Ælius Hadrianus Hierosolymam funditus everterit, novamq; in loco ejus Urbem condiderit, quam Ælianam Capitolinam appellavit. Templum Jovi Capitolino ibi erexit, ubi olim Templum Salamoneum erat. Ad portam Urbis, quam Bethlehemicam itur, effigiem porci,

ani

animalis inter Judæos exercendi, marmoreamq; insul-
pi jussit. His Judæi nimis exacerbati, bellum Rom. ar-
cissimum intulerunt, quod Judæis infelicitèr cessit, totalem-
q; fere iis deletionem causavit. Inventore factq; Belli hujus
extiterat famosissimus ille Judæus Barcochab, qui ita
se appellavit Barcochabam, filium Stellæ; fingens se Mes-
siam esse, stellamq; matutinam coelo demissam, et Jacobo
oriendam, secundum Vaticinium Balaami, Num 24:17.
ut res Judaicas collapsas restitueret. Infelix et credula
Gens Judaicum impostorem hunc Barcochabam sibi
in Regem inunxit. Rex quoq; Judaicus Akiba viso
illo Impostore, dicere non dubitavit מָשִׁיחַ הוּא זֶה
Hic est Rex Messias. Impostoris hujus stellaq; excitatæ
sedes Regia fuerat Bethar, inter Cæsaream et Hierosolym.
Duce hoc Barcochabo omnes Judæi conglobati, Palæsti-
nam, Ægyptum, Cyrenaicam, Cyprum, Lybiam, omnesq;
alias Regiones, quas antea Romani sibi subjugaverant, bel-
lo inundarunt. Vix negari, quanta crudelitate fuerint
Judæi Barcochabo se se adjungentes in Judæos illos qui
Barcochabam sequi nolebant. In sola Regione Cyrenaica
ultra ducenta Judæorum Millia interfecerunt, ac inaudita
rabie Cæsarum sanguinem hausere, carnesq; dentibus
laceravere. Ælius Hadrianus hanc Judæorum aggres-
sionem, qua Orbem Romanum fere conquassarat, inultam
mittere non potuit, nec debuit; Quare ad coërcendos
Judæos Barcochabo adjunctos, fortissimos Belli

Duces

Duces elegit. Qui Pseudo Messia Hujus Barcochabi Urbem Regiam Bether obsedercunt. Obsidio in 3 Annos et 6. Menses duravit; quibus exactis, Urbs illa capit Rñis. Cæsa hoc bello per Rños 58 Millia Judæorum fame, morbo, igne autem innumeri perierunt, adeo, ut tota ferè Judæa tunc sit desolata. Edictum Hadrianus fanxit: ne quisquam Judæorum in Judæam redirent, nisi capitis poenam subire vellet, imo ne de monte quidem aliquis Judæam inspectare præsumeret. Tot quoque tanto seditionis Barchocabus hoc bello periit, et quem antea Judæi appellarunt Barchochabum filium Stellæ; jam nominarunt Barchorbam filium mendacii. Adeunt plurimi: ad Urbem Bether plurimos Judæorum Myriades venditatos fuisse. Tuorum sanguis effusus saxa cujusque vexerat, et patio 4. Milliarium in marce mediterraneum fluxerat. Atque hoc de Hominibus Hyerosolyma.

(B)-do jam dabo Urbis hujus Situm. (1.) In Genere. (2.) Specialiter. (3.) Specialissime.

(1.) In Genere: Vulgo creditur Hyerosolymam sitam fuisse in medio Palæstinæ, quæ fuisse Umbilicum palæstinæ, ut ita omnibus Israëlitis commodus esset ad hanc Urbem, tanquam ad sedem cultus et Religionis publici accessus. Sed ex emendatioribus Geographorum Tabulis patet, Hierosolimam a Jordane distitisse Stadia 210. i.e. iter unius diei. A mari magno autem stadia 520. i.e. iter duorum dierum et dimidii. Ergo minime sita fuit in Medio Palæstinæ.

2do

(2.) Specialis Hierosolymæ situs considerandus est respectu Scribarum. Ingens enim contentio est inter Philologos in qua nam Scribu Hierosolyma fuerit sita. Alii in Scribu Benjaminis, alii in Scribu Judæ fuisse sitam contendunt.

§ 2 --- (*) Plurimi collocant Hyerosolymam in Scribu Benjaminis his rationibus: ☉ Quod Jos. 18:28. JEBUS quæ est Hierosolyma cum reliquis Urbibus et Vicis dicatur esse Civitas filiorum Benjaminis. Sicqs Hierosolyma inter Urbes Benjaminis recenseatur. ☉ Jud 1:21. Jebusæos. i.e. validissimos Hierosolymæ incolas non potuerunt filii Benjaminis expellere. Si itaqs Benjaminitæ non potuerunt expellere Jebusæos Hierosolyma, tum una cum Jebusæis debuerunt Hierosolymis habitasse. Ergo sequitur, Hyerosolymam forte obtigisse Benjamitis. ☉ quod Deut 33:12 Moses præcinat fore, quod Deus inter humeros Benjaminis requieseat. Dilectus Deo Benjamin inter humeros ejus, toto die, tanquam in Thalamo ☽ ☉ ♀ habitans. Ubi palam alludit Moses ad Hyerosolymam, quod ille Deus inter Filios Benjaminis commoraturus sit, et habitaturus inter humeros, i.e. Montes Hyerosolymæ. Ergo Urbs. Hierosolyma Templumqs in Scribu Benjaminis fuisse videtur.

§ 3 --- (**) In Scribu Judæ fuisse Hierosolymam Urbem sequentia probant Argta. ☉ Jos. 15:63. Filii Judæ non potuerunt expellere Jebusæos ex Urbe Hierosolyma, verum habitarunt Filii Judæ cum Jebusæis Hierosolymis usque

hunc

hunc Diem. Hoc Argumento utuntur etiam primi Sententiæ Patroni. Judic 1:21. quod Jebusæos non potuerint expellere filii Benjaminis; ita e contrario patet ex Jos 15: 63. patere Hierosolymam fuisse in Tribu Judæ. Ergo ut ex Jud 1: 21. probari potest, Hierosolymam obtigisse Tribui Benjaminis. (∴) Arg. Psal. 78: 67, 68. Reprobavit Deus Tabernaculum Josephi, et Tribum Ephraim non elegit, verum elegit Tribum Judæ, et montem Sionis dilexit. Item Psal 69: 36. Servabit Deus Sionem, et ædificabit Urbes Judæ. Et Psal 48: 12. Lætetur mons Sion, et exultent filii Judæ. Quæ loca explicari non possunt, nisi statuamus Hierosolymam et Montem Sionis fuisse in Portione et Sorte Tribus Judæ. (∴) Fortius probatur Locus Jerem. 37: 12. Exiit Jeremias ex Urbe Hierosolymorum, ut iret in terram Benjaminis. Unde colligere licet, Hierosolimam non in Sorte Tribus Benjaminis fuisse sitam, ergo secundum præcedentia, fuit sita in Sorte Judæ. Sed videamus ulterius Argta validissima, quæ retundi non possunt. Adde et (∴) Judic 1: 8. filii Judæ pugnarunt contra Hierosolymo verses incolas, Ergo filii Judæ jure belli occupavarunt Hierosolymam.

§. 4. Ad Conciliandam igitur ulteriùs Sententiam tenendum. (1.) Hierosolyma fuit sita in Confiniis ulteriùs Tribus Judæ et Benjaminis, Jos 15: 8. Ubi describuntur termini illi, qui ulteriùs Tribus Judæ

et

et Benjaminis portiones terminant. Vide Mappam Geogr. Relandi in Lib. I. Palaestinae cap. 28. (2.) Pro varia temporum Ratione varia fuit magnitudo sta. tusqp Urbis Hierosolymae. (3.) Urbs enim ea fuit bi. partita. (.) pars ejus Australis ad Tribum Judae. (:) Pars vero Septentrionalis ad Tribum Benjaminis pertinebat. Major tandem Urbis pars, imprimis tractu Templo ad in Tercia et Portione Benjaminis fuerat sita. Imo Magistri Judaeorum ajunt: Lineam illam, qua Urbem Hierosol. in duas partes secabat. scil. in partem Judae et Benjaminis, transisse per Atrium Templi: adeo, ut Mons Sion et Templum ad Tribum Benjaminis, Atrium vero et Mons Templi ad Tribum Judae pertinuerit. Secundum hoc omnis controversia tolli posset, atque ergo Tribus et Juda et Benjaminis partes suas in Urbe Hierosol. habuerunt.

§. 9. — — (3.) Situm Hierosolymae Urbis specialissimum defigturus dico: Urbem hanc Israelis fuisse in Montano Judaeae tractu, loco procellente. Respectu Montium tamen, quibus undique circumdabatur, videbatur jacere in loco quasi depresso. Mons enim Olivarum, aliique Montes, qui Urbem cingebant, longe celsiores erant ipsa Urbe. Huc est allusum Deut 33: 12. ubi dicitur: Deum Schechinam habitaturum inter humeros Benjaminis, non vero in capite. Montes quibus Urbs incumbebat erant sequentes: Sion, Acra, Moria, et Bezetha. Quorum Cele-

ber

berrima erant Sion et Acra. Deo dicit Joseph. Lib 6. de Bello Jud. Hierosolymam ædificatam fuisse ὑπὲρ δυο λοφῶν super duobus Collibus. Hinc Montem Sion et Acra κατεξοχην appellat Josephus τῆς τῆς πολεος δυο λοφους duos Urbis colles. Ut etiam Tacitus Hist. Lib. 5. C. 11. Hierosolymam describens dicit: Duos Colles in immensum editos, claudebant Muri per arctum obliqui, aut introrsum sinuati.

(4.) Ordior a Monte SION. Græcis Σιων, Hebr. צִיּוֹן appellatus. Situs erat ad Australem Urbis partem. Hic Monti Acræ ita erat oppositus, ut pars Urbis Sioni, pars vero Acræ superstructa, ipsa Urbs esset ἀντιπροσωπος, ut duæ Urbis partes sibi invicem oppositæ jacerent. Vide Josephum. Ita Hostium fronte oppositæ vocari solent ἀντιπροσωποι. Vallis Sionem inter et Acram, quæ duos illos Montes dividebat, erat Vallis Pharisæorum, usque ad fontem Siloam protensa. Plurimæ aliæ Valles in hanc Vallem definebant. Ita Vallis hæc Urbem quoque Hierosol in duas partes secabat, quarum una dicta est ἀνωπολις Urbs superior, quæ monti superiori scil. Sioni incumbebat, altera κατωπολις Urbs inferior, quæ monti inferiori scil. Acræ incumbebat. Hinc Josephus Montem Sion appellat τὸν τῆς ἀνωπολεως λοφον, Urbis superioris collem. Acram vero Montem τὸν τῆς κατωπολεως λοφον, Urbis inferioris collem.

Acra

Erat Mons SION. omnium Hierosolyma Montium celsissimus, præcipuus undiqs, et in longitudinem porrectior quam Mons ΑΚΡΑ. Ἐξωτην i.e. a parte exteriore, quâ Urbem Hieros. terminabat, ad Aquilonem et occasum a cingebatur valle profundissima, adeo, ut illis partibus Urbs ipsa plane inexpugnabilis fuerit, nec ab Hoste unquam occupari potuerit. Hae in Parte Urbis habitabant Iebusæi, ubi Arcem quoqs struxerant, quam David illis exceptam regaliter communiverat, sedemqs Regiam sibi fecerat, adpellans eam de suo nomine ׳ס ׳ד ׳ס Civitatem Davidis 2 Sam 5:7,9. 1 Reg. 8:1. Tandem Salomon aliiqs Reges sequentes Arcem hanc adeo communiverunt, ut plane inexpugnabilis esset.

§. 8. (♀.) Mons ACRA sic dictus ab ΑΚΡΑ i.e. Arce quam Antiochus Epiphanes, Judæorum flagellum in hoc Monte exstruxit, eiqs firmiter munito præsidium Militare ex Macedoniis ingessit Militibus, ut inde Templum Hierosolymitanum infestaret. Arcem tandem illam Simon Asmonæus Dux primusqs Judæorum cepit solosqs aequavit, nec amplius Hostibus occupandi esse posset neve Templum et Urbs inde impeteretur. Vide Joseph Antiq. Jud. Lib. 12. Cap. 7. et Lib. 13. Cap. 11. Monti huic Acræ Urbs inferior ædificata fuerat. Non erat Mons hic in longum ita exporrectus ut Mons Sion sed erat incurvatus, Montem Moriâ celsiorem, a quo lata valle disjungebatur. Altitudinem hujus Arcæ Mon

Montis. Simon Cafmoneus depreſſiorem fecit, repletâ Valle, ut ſic Urbem hanc inferiorem Templo conjungeret, Templumq; altius emineret. Vide Joſeph. de Bello Jud L. 6. C. 6. et Antiq. Jud. Lib. 15. Cap. 11.

§ 7.

(♀.) הַר הַמּוֹרִיָּה Mons Moria 2 Chron. 3: 1. dicitur a Regione Moria, quæ dicitur אֶרֶץ הַמּוֹרִיָּה in qua Regione plures erant Montes, ex quibus Montibus unum Deus Montem Abrahamo oſtendit, ſuper quo filium ſuum Iſaacum immolaret. Erat hic Mons exilis et potius Collis dicendus quam Mons. Saxoſus in Orientali Urbis parte ſitus, verſus Arcem verticem reſupinus. Montem hunc Moria tota Hieroſolym. Civitas inſtar Amphitheatri cingebat. Templum Salamonis ei imminebat. Ut vero tanta molis Ædificium Monti modo commodius ſuperſtrui poſſet, Salomon montem hunc ſuperne adæquate complanari et ædificari juſſit, ac ſtupendo plane labore eum ἀπὲτειχιζε i.e. abimis ædificiis ad ſummum verticem murorum validiſſimum duxit. Cujus Saxa longa erant Cubitos 40. intus ferro plumboq; vincta, ut adverſus omnem temporis injuriam in Orbem durarent. Arcea Montis Moria erat quadrangularis, cujus ambitus quatuor Stadiorum. Inter Muros undiq; circa Montem ædificatos, et inter ipſum Montem ſpatia, quæ fuerant, tercâ complebantur. Dicitur Mons Moria, parcs

Sio

Sionis. Esa 31:4. Montis Moriæ Collis licet fejunctus fuerit, valle interjecta, a Monte Sion. Sed tamen Mons Sion monti Moriæ contiguus erat, ponte et Xisto. Vide Joseph. L. 7. C. 13. Erat Mons Moria biceps ut Parnassus, Mons Olivarum verò triceps. Pluta de Monte Moria agemus, ubi de Templo ei jusperacto reuertabimus.

Monti Moriæ adjacebat Arx seu Turris, quae dicta fuit Antonia. Fuit quadrata ut Templum ipsum. Eam primum Asamonæi struxerunt, ut illic vestes Pontificis Max. asservarentur. Ita Herodes quoq; et post Mortem ejus ipsi Romani vestes Pontificis Maximi hac in Arce repositas asservarunt, sub ipsius Pontificis, et eorum qui Garophilatio præerant sigillo. Præfecti prædie festorum, seu scribus ante festum diebus, Arcem ascendebant, aguito sigillo inviolato, eoq; lato, vestes Pont. Maximi depromebant, ut eas Pontifex in Templo induat. peracto festo, vestes eadem in Arcem referebant, sigillo iterum impresso. Rex Herodes Arcem hanc ad Templi tutelam, longe munitiorem reddidit quam fuit antea, eamq; adpellavit Arcem Antoniam, de Nomine Antonii, qui Augusti Collega fuit, et in Celebri illo Actiaco Victoria Herodi suo adeoq; Regi plurimum favebat. Hac in Arce Rom. postquam ii Judæam occuparunt, semper Milites habuerunt præsidiarios,

qui

qui adrenderent, ne populus, quum plurima hominum Millia, ad Festa celebranda Hierosolymam confluebant, tumultum ac rebellionem concitaret. Arcis hujus Antonia ambitus erat fex Stadiorum, vide Josephum.

§. 9. (⊕) Restat Quarto Collis sive Monticulus Bezetha, situs ad Aquilonem seu Septentrionem Templi, e Regione Turris Antoniæ, a qua Turrim ὀρυγματι βαθεῖ fossa profunda sejungebatur, ne hostibus accessus pateret in ipsam Arcem Turrimque. Vide Joseph. de Bello Jud. l. 6. c. 6. Collis hicce sexo ubi adjectus communitus est, unde eum appellat Josephus καινοπολιν Urbem recentem, vel potius νεοκτιστον μερος της πολεως novitatem Urbis partem. Crescente enim et multiplicato populo, vix locus habitationis intra vetera Urbis moenia suppetebat, quare cogebatur plebs extra antiqua urbis moenia serpere, et loca ad habitandum dilatare. Sic tractus Templi Septentrionalis frequentibus ædificiis complebatur, ut et hic Collis Bezetha ad habitandum occupatus est a Civibus Hierosol. et appellatus est Nova pars Urbis.

§. 9. Collibus seu Montibus Hierosolyma accenseri solet etiam Monticulus ΟΦΛΑ. Sed male, ut patet ex Josepho, qui ipsum ΟΦΛΑ non appellat ὄρος vel λοφον i.e Montem, sed appellat χώρον i.e. locum, agrum, vel prædium l. 6. Cap. 6. de Bello Jud. Quippe non nisi 4. Montium Hierosolyma meminit Josephus. Sionis, quem appellat πρωτον λοφον primum

Mon

Montem vel Collem. (::) Acra quem Secundum (:) Moria quem Tertium et (::) Beretha quem Tettarton quartum Collem adpellat. Ophelem verò adpellat Xuston non totum primitus Urbs. Hierof. erat angustior, sed postea dilatata est; nam primum solo Monte Sion comprehendebatur tota Urbs; verum deinceps multiplicatibus Civibus, extendi debuit Urbs ad Montes Acram, Moriam, et Bezetham, alia ad loca Septentrionalia, adeo, ut quum Rex Hierosolymam novissime everterent, tunc Urbs illa tantæ fuit amplitudinis, ut ejus ambitus ad 33 stadia pateret non vero ad 50 ut multi negantur, quod patet ex Josepho de Bello Jud. Lib. 6. Cap. 6. Τῆς πόλεως δὲ ὁ πᾶς κύκλος σταδίων ἦν τριάκοντα τριῶν. Civitatis autem omnis circulus erat stadia triginta trium.

§. 10. — (J.) Tertium ducemus filum circa Murcos Urbis Hierosolymæ. Primò uno H. demum tegulei muro Urbs fuerat cincta. Ad partes tamen eas, quas valles invia fuerant et profundissima, unum H. murum habebat Urbs, plures enim muri non erant necessarii. (I). mus. Murus cingebat Montem Sion. Hic murus una sui parte ducitur a Turri Hippico ad occidentalem Urbis partem jacente, et se ad Xystum porrigit, ultraque, donec se porrigit ad occidentalem Templi porticum. Altera verò sui parte ab Hippico

pro

protenditur ad Meridiem, inde ad Orientem, circa fontem Siloam, donec conjungitur cum Porticu Templi orientali. Murus hic erat validissimus, cum ob valles quibus cingebatur, tum ob collem cui superstructus erat. David aliique deinceps Reges, cum propugnaculis firmarunt. Turrim Hippicum Herodes Rex fud. Muro huic superstruxit. (2) Murus alter circumdabat Montem Acram. seu Tractum Urbis Septentrionalem. (3.) Tertius Murus incipiebat ab Hippico percurrebat Porcam versus, et circa Vallem Hinnom cum muro veteri conjungebatur. Omnes Urbis Muri ex variis curva ac sinuosa linea ducti. Vide Josephum Hist. Lib. 5. Cap. 11.

§. 11.

(5.) Quarto ingrediamur Portas Urbis Hierosol. Nehem. Cap. 3. ubi ambitum Urbis Hierosol. describit, has portas recenset. (1.) Portam Pecudis. (2.) Portam Piscium. (3.) Portam veterem. (4.) Portam vallis. (5.) Portam Sterquilinii. (6.) Portam Fontis. (7.) Portam Eliasib. (8.) Portam aquarum. (9.) Portam Equorum. (10.) Portam orientalem. (11.) Portam Judicii. Conf. Neh. 12: 31, 36. Sed in N. T. Codice, et apud Exteros Scriptores, aliarum quoque Portarum occurrit mentio, non tantum harum a Nehemia recensitarum. An ergo Porta illa diversa fuerint a portis quas Nehemias recenset? id sane vix definire possis. Quippe (•) Incertum est, num Porta illa in N. T. memorata

rata, fuerint exteriores Urbis portæ, vel vero interna mœnia Urbis structa, per quas ex una Urbis parte vel platea in aliam ejusdem Urbis partem et plateam transitus patet, ut hoc videre potest in Urbibus majoribus, proxime in hac nostra Urbe Cand. ex hac Urbis parte in Arcem veterem, vulgo Ö. Vár per portam est transitus. (:) Incertum quoque an non illa porta in N. T. memorata fuerint porta ad Arcia Templi alia quoque Conclavia ducentes potius quam ad Mœnia Urbis. (:) Potuerat una porta multa nomina habuisse. Uti Porta Sur cujus mentio est 2 Reg. 11: 6. ex mente Magistratuum septem habuit nomina. (:) Intra Mœnia plures erant porta, per quas et Sione in Arcam, ex Arca in Novam Urbem patuit aditus. Arcarum propter mercatum frequentiam Communicatio inter Cives fieri non potuisset (:) Denique Portarum Usus erat non tantum ad introeundum, et eundum ex Urbe; sed etiam ad defensionem Urbis et Senatorum Conventum. (*) Usus portarum erat ad defensionem Urbis. Portæ olim erant munitissimæ ex quibus Urbes defendebant. Adeo, ut Hostes si portis potiebantur, tum etiam Urbem in potestate habent. Hinc dictum olim possidere portam. i.e. habet Urbem in potestate. Ita Gen 22: 17. dixit Deus Abrahamo: Possidebit Semen tuum Portas inimicorum suorum.

Conf.

Conf. 24: 6. et Deut. 28: 57. Jud. 4: 8. (**) Publicus Senatus conventus in Portis olim fuit. Verres Judicia Lites et Controversias in Portis solebant dirimere, idq; observationes sequentes. (+) quia Forum Mercium Venalium ante Portas ejus solebat 2. Reg 7: 18. ubi lites sape exorici solebant. Necesse ergo erat, ut Forum quoq; Judiciale ibi esset, ut si litigantium causa statim dirimeretur. Ut pote venientes Forum Judiciale statim invenirent, sicut populabatur. (‡) Jussit Deus Deut 16: 18. Judices tibi constitues in singulis portis &c. Ad urbium Portarum ejus, quatenus in portis erant et Præsidia et Judicia, alludit Salvator Matth 16: 18. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, καὶ πύλαι ἅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, et portæ inferorum non prævalebunt ei. i.e. Consilia in portis ejus, hostiq; portas obtinentes Ecclesiam non superabant. Ex his patet, in tanta vetustate antiquitate abstrusa, rationes omnes Portarum Hierosolymitanarum nobis liquid haud constare.

(1)-ma Erat Porta Regis, quam alii ad Orientalem, alii ad Meridionalem Urbis partem collocant. Juxta alias πύλη προβατική porta ovium, erat enim vicina porta ovium et piscium. eadem fuisse putatur cum porta Gennath apud Josephum memorata. (2) Porta Piscium sic dicta, quia foro piscium erat proxima.

(3)

(3.) Porta vetus ducens ad Golgotham Montem, Adeo nomio fuit etiam Porta Judicii dicta. (4.) Porta Vallis a valle Cafarcorum fic dicta. (5.) Porta Stercoritinii, per quam fordes Urbe emittebantur per Canales. Cenfent plurimi, Salvatorem quoq; per hanc portam eductum fuiffe ad locum Supplicii. (6.) Porta Fontis, quo ibatur ad Fontem Gichon, e montis Sion radicibus erumpentem. (7.) Porta Domus Eliafib, de qua nihil certi. (8.) Porta aquarum, per hanc effluebant aquæ Etam et Bereſda. (9.) Porta Equorum, per hanc educebantur Equi Regis aquatum, ad Torrentem Kedron. (10.) Porta Occidentalis, alias aurea, quæ vetus dicenda eſt porta Templi, ducens ab Oriente in porticum Orientalem, hinc in Atrium Iſraëlis. (11.) Porta Judicii, juxta Adrichomii Sententiam eadem cum Porta veteri.

§. 12. (1.) Tranſitum facimus ad Loca Extra-Muralia Urbis Hieroſ. Quorum præcipua modo recenſemus.

(1.) Conſiderandus eſt Mons Olivifer, ὄρος τῶν ἐλαιῶν ut Euſebius vocat ad vocem Γεθσημανη, et Κολλας Ἰωβαφατ. Non tantum Mons olivarum dicitur hic Mons, ſed aliisq; Nominibus gaudet, ut (·) הַר הַמִּשְׁחָה Mons ad Orientem Urbis 1 Reg 11:7. Item (··) הַר הַמַּשְׁחִית Mons Unctionis ex mente Judæorum. (··) Audit Mons Corruptionis 2 Reg 23:13. quia Rex

Salo

Salomon Montem illum Lucis, Dolisq; corrupserat, quo Diis Moabitarum et Ammonitarum excexcat. (⁘) Audit quoq; Mons vicinus Collium, quia vicinus erat, ut supra vidimus. (+) Collis unus montis olivarum erigitur in medio, ex quo Colle Xs in Coelum subvectus est. (∓) Alter ejus montis Collis jacet ad Septentrionem, reliquis duobus Collibus altior, distans duobus stadiis a Colle ille, ex quo Xs in Coelum ascendit, teste Maundrello. (∓) Collis stat ad Austrum, in hoc Colle exexit Solomon Idola, atq; ita respectu hujus Montis dicitur Mons olivarum: Mons Corruptionis, vel Corruptoris. (⁘) Quinto audit ⁘ ⁘ ⁘ Mons olivarum, quia præ omnibus arboribus olivarum copia hic maxima erat. De ejus fertilitate notat Adamnanus Lib I. de Locis Sanctis: præterea vites et olivas varia alia arbores in hoc monte expericuntur, Frumenta autem in eo valde lata conjungunt. Herbosa et florida ejus est indoles (⁘) Sexto Guarcymius Montem hunc appellat Montem Scium luminum, et in Veteri Editione Act 1: 12. pro eo quod nunc legitur: a Monte olivarum, reversi sunt Discipuli Hierosolymam letum fuisse olim contendit: a Monte scium luminum reversi sunt Discipuli Hierosolymam. Illuminabatur hic Mons olivarum ab occidente igne jugi, qui ardebat ab Altare Templi. (∓) Ab Oriente illuminabatur Sole oriente;

Cujus

cujus radios Mons hicce ante accipiebat, quam ipsa Urbs illuminaretur. (⁂) Tertio Mons luminis dicitur juxta merito, quatenus Vitium et olearum copiam habuerat, oleum enim est fomentum lucis.

Vaccae Rufae combustio super hanc Montem olivarum solemniter peragebatur, ut scigunt Judaei, stante ad Templo Imo, et quidem e regione portae Orientalis, unde Sacerdos Sanctuarium recta prospectare potest, hinc Mons hicce audit quoq; Mons Combustionis. (•) Eradunt Magistri Judaeorum! pro Novilunio signum accensis faibus datum fuisse in summo hujus Montis vertice. (••) Decem Magistri duas in hoc Monte celebrant arbores Cedrinas, quarum sub altera erant quatuor Fabri, in quibus omnia ad purificationem necessaria veniebant, seu venum ibant. Ex altera vero arbore quovis Mense depromebatur columba ad purificationem necessaria Mulierum, arbor enim illa erat fidus columbarum foecundissimus. (⁘) Celebrant quoq; Judaicum fapit, quod novissimo resurrectionis die corpora Israelitarum ad hunc Montem sint devolvenda, tanquam Montem hunc dilectum ita, Israëlitaq; ad novam meliorem q; vitam resurgere. (⁂) Secundum est hic memorare R. Jonathanem, qui scribens de decem Sectionum Migrationibus ait: Schechinam res Annos et dimidium habitasse in Monte Olivarum ut videret, an Judaei ad Deum conver

te

Ihs. 102

texentur, et simul clamare Sheciinam: Redite ad me fi-
lii Israëlitarum, et redibo ad vos. Et cum videret Sheciina
Judeos ad Deum non conversi, ad locum suum remigravit.

(2) BETFAGE erat vicus in Orientali latere Mon-
tis Olivarum, prope Bethaniam Mat 21: 1. Luc. 19: 29. Pro
pe Bethfagen et Bethaniam existens Xtus D. mist Discipu-
los suos ut jumentum adduant; cui deinde insidens quum ad
Montis Olivarum descensum adpropinquaret, turba ei
adclamabat: Benedictus Rex, qui venit in Nomine Dni.
Origenes, Chrisostomus, et Hieronymus nomen hujus Vici
explicant per Domum Maxillarum, quia Vicus hic erat
Villa Domus Sacerdotum, Maxilla autem victimarum
debat Sacerdotibus ex Lege Dei. Hujus Nominis ratio
debet repeti debet ex L. Syriaca, quippe Syris ܒܝܬ est
maxilla, unde ܒܝܬ ܐܪ Vicus, villa, vel Domus
maxillarum. Talmudici aliumquoqs Vicum, Bethfagen
dictum memorant, quem intra Urbis Hierosolyma moenia
collocant, quem cum hoc Bethfagen Lightfotus confundit.
Hofrei hujus Bethfagen mentio occurrit Luc. 19: 29. qui
fuit extra Muros Hieros. in Orientali Montis Oliv. la-
tere. Male ergo collocat Lightfotus nostrum Bethfagen
intra Moenia Urbis. Vulgata est opinio, quod Bethfage
sit vox conflata ex Hebr. פַּג Domus, et תְּאֵנָה ficus,
adeo ut sit Domus ficuum predicium.

(3.) Βηθανία. Bethania, erat prope Hierosolymas.

Stad

Stadiis 15. inde remota Joh 11:18. quæ efficiunt hos ad. modum passuum millia. Sita erat ad orientalem partem Montis olivarum Marc 11:1 Luc 19:29. Huc Cs D. suos duxit Discipulos, ubi dum iis benedixisset, conscendit Medium montis olivarum verticem, indeq; in coelos sublatus est Luc. 24: 50.

(4.) In monte olivarum fuit GETHSEMANE, vox ea derivanda magis a ס׳ש Torcular et ׳ס ׳מ oleum quam a signis Nominis ׳ס ׳ש ׳ד dictis, quæ signa Hovi. Nimii in summo Montis oliv. vertice edebantur accensis faribus. Sed Gethsemane, ubi Cs D. sæpe latere solebat, non in vertice, sed ad Radices Montis olivarum erat.

(5.) Golgotha erat Collis exiguus ubi Hierosolymæ adjacens ad occasum, respectu montis Sion ad aquilonem porrectus. Nomen Golgotha significat Cranium Capitis, seu Calvarium secundum plerosq;, quod formam Cranii Capitis humani habuerit. Vel Deo, quod Crania magna copia hoc in Monte fuerint. Plene dicendum est Golgotha, mox uno ה ejecto manfit אתר קלגלתא pro אתרא דקלגלתא. Vel debuerat dici אתר גלגלתא pro quo fuit אתרא דגלגלתא ut אבן גבהא pro אבנא דגבהא Adamum primum hominem in hoc Monte fuisse sepultum multi veterum credidernnt. Abrosius in Comment. ad Luc. 23 ita loquitur: Ipse autem Crucis Jesu Xti. locus in medio montis

Gol

Golgotha, ut conspicimus esse, supra Adami sepulturam, vel super Adami sepulcro situs est. Congruum enim erat, ut ibi vita nostra principium vocaretur, ubi mortis exordium fuerat. Hieronymus in Comm. ad Ephes: 5: 14. vocat: Se audivisse quendam in Ecclesia concionantem, et hoc verba: Surge qui dormis, et oriture, illucescat tibi Xs̄ explicuisse de Adamo, in Golgotha sepulto, ubi et Xs̄ est crucifixus, qui Mons dictus est Calvaria-idcō, quod ibi veteris hominis caput sit conditum. Illō enim tempore, quō Xs̄ D. in cruce super Adami sepulcro locata pendebat, dici poterant hoc verba: Surge qui dormis &c. Quod fil. sanguis Xtī de cruce fluxerit ad Adamum, cujus sanguinis vi Adamus vivificatur, et e sepulcro resurgat. His subjungit Hieronymus: Au hoc vera sint nescio, Eruditorum judicio submitto. Eandem hanc Opinionem legere est etiam in Epistola Eusebii ad Marcellum, in hoc verba: Locus ubi Xs̄ crucifixus est, Calvaria dicitur, quod ibi primi hominis Calvaria sit condita, ut secundus Adam fil. Xs̄, cruore suo de cruce stillante, jacentis Protoplasti peccata deleret, ut sic impleretur verba Apostoli: Surge qui dormis &c. Sed hoc sunt merca figmenta, nullius veri tibicine fulta.

(6). De Valle filiorum Hinnon supra egimus.

(7.) Fons SILOAM, vel SIOLE, de quo aliquid ad

adhuc deliberavimus in procedenti, qui in Gratiano Vatis ejus divinitus productus esse dicitur a quibus dam vetus Epiphanio de vitis Prophetarum, pag. 248. quaerendus est extra moenia Urbis non intra. Derivandavox ex πηγω mittere, emittere, Inde πηγη Graecis Σιλωαμ Joh 9:7. redditur per ἀπεσταλμενος missus emissus, quod ex intimis terrae visceribus fuerit emissus. Erumpebat fons hicce ad occidentalem Urbis partem, prope Arcem Davidis, haud dubie e radicibus Montis Sion. Fontes enim originem suam montibus debent. Maximae utilitatis erat fons hicce, mirumque adeo est, fontem hunc moenibus Urbis inclusum non fuisse, quum Urbi Hierof. fuerit sita in loco petroso et siticuloso. Quod vero fons Siloam moenibus Urbis includi non potuerit, ratio est, quod fons ille fuerit in valle profundissima, quocirca moenia duci non poterant; aquae itaque hujus fontis maxima copia in Urbem derivari fuerint. Hostes Urbem obsidentes, fontem hunc civibus interceipere nunquam potuerunt, nisi prius occupavent illam Urbis partem, cui fons hic proximus erat.

Apud Tacitum Hist L. 5. C. 12. memorantur fontes Siloam et Echo, qui duos confirmaverant adversus duos Urbem Hierosolymam obsidentes, cavati sunt Montes

et

et piscinis, ciferendis servandis imbribus, quo Fa-
citi verba opportune conferri possunt cum iis quo
sunt 2 Chron 33:30. qui locus ex verbis Taciti egre-
gie illustrari potest. Narrat enim Sacer Historicus, Regem
Ezechiam tempore Urbis a Senacheribo obsessa obtu-
rasse fontes aquarum, ipsumq; Gichonem fontem, aquas-
q; direxisse deorsum ad Urbis Davidis partem occiden-
talem. h.e. per Canales in monte excavato structos,
dixisse aquas in Urbem Sionis, ne tempore obsidionis
Urbs aquae penuria Urbs laboraret. Imo Rex Menas-
ses, Ezechiae filius, fontem Gichon, muro externo cin-
xit, ipsiq; Urbi inclusit, 2 Chron 33:14. Ut Cives aquam
haberent cum obsidio esset. Murus vero ille deinceps
dictus est. Ad hunc fontem Gichon Salomon in Regem
fuit inunctus 1 Reg 30:38. Duxit Salomonem ad fontem.
Id boni erat ominis, Regnum scil. Salomonis fore perenne,
sicuti fontium aquae sunt perennes. Ajunt Talmudici in
Codice Hieros. Sota. Reges non ungi nisi ad fontes.

Fontem Siloam illustrem reddebat hoc ipsum, quod in
Festo Tabernaculorum Rex Salomon ex hoc fonte solitus
fuerit aquam libare, quam Judaei aureâ Phialâ hauriebant
ex hoc fonte. De quo instituto alias dictum. Fundamentum
cujus institui fuit quod legebat in Isa 12:3. Hauriatis aquas
cum gaudio e fontibus Salutis. At vetus illud institutum
attigit Chr. J. Joh. 7:37,38. ubi dicitur: Ultimo Festi

Tabernaculorum

Tabernaculorum die acclamatum fuisse a Xto: Qui
cunq; sitit, veniat ad me, qui enim credit in me, ut scri-
ptura loquitur, aquae vivae exibunt e ventre ejus. Qui-
bus verbis palam ostendit Salvatore: Se jam ipse veram
illum Fontem Siloam, apertum Domui Davidis, et Incola
Hierosolymis. Zach. 12:1. qui omnibus vera fide ipsi
conjunctis dat vitae perennis aquam, Apoc 22:17. Tra-
dunt Judaeorum Magistri; quod cum Sacerdotes victi-
marum carnes comederent, ex fonte Siloam bibere-
aquam, ut carnes facilius concoquerent.

Maximam Fontis Siloam utilitatem dicimus ex Ri-
vulis illis, qui ex Fonte hoc deducebantur in duas Pisci-
nas majores; quae Piscinae inservichant Domui Regiae
et omnibus Hierosolymae incolis. Harum Piscinarum (•)
Altera dicebatur בְּרֵכַת הָעֶלְיוֹנָה Superiore (••) Altera autem
בְּרֵכַת הַתַּחְתּוֹנָה Inferiore. Priorem Salomon splendidissime
exstruxerat ad Austrum; atq; hoc celebratur Neh. 11:
14. adpellaturq; בְּרֵכַת הַמֶּלֶךְ Piscina Regis. Ex hac
Piscina derivantur aquae in Hortum Regium, in quem
Hortum Rex ipse ex Arce Sionis percradus solebat
descendere. Neh. 3:15. Josepho adpellatur κολυμβεθρα
Σιλωαμιος. Et Isa 22:11. adpellatur piscina vetus.
Alteram piscinam dixi adpellatam fuisse Inferiorem;
vide Isa 22:9. Quae haud dubie postea Salomonis

sub

subsecuta fuerat, versus Septentrionem, et porta erat in Communem usum exeuntis, qui Civitatem inferiorem inhabitabant. Verosimile nobis ese videtur, Inferiorem hanc Piscinam eandem fuisse cum illa κολυμβεθρα Σιλωαμ, cujus mentio est Joh. 9:7. Atque hinc patum alludit Zach. 13:1. adumbrationis gratia Beneficii Coelestis Fontem, cujus copiis Ecclia N. Test. circumflueret, et exuberaret. Die illo fons erit apertus Domui Davidis, et incolis Hierosolyma. Hujus Promissionis Spiritualis Coloces suavissimi depromti sunt a fontibus Siloam et Siloam, qui Fontes Urbi cum Superiori tum inferiori Copiosissimam aquam suppeditabant. Erant alii quoque Piscinae, quas vide apud Joseph. et Tacitum.

(8.) Fontem Etam. Item (9.) Hortos arborefq; circa Hierosolimam hic fronte negligimus.

(3.) Sexto Aliquid subnectam de Privilegiis Urbis Hierос. Iud et Talmudicis passim celebrimus. Princeps Talmudicorum Majmonides ait: Urbem Hierosolymam omnium Palestinae Urbium fuisse Sanctissimam, ergo summa ejus apud Judaeos erat Jura et Privilegia, quae Urbis ejus Privilegia ad decem Capita revocantur a Judaeis.

(1.) mum Domus Hierosolymis vendi nunquam potuit in perpetuum. Obs in aliis Urbibus si quis domum suam

vende

vendebat, eam poterat quidem intra Annum redimere
Sed si Annus effluxit, tum Domum suam non poterat
recipere ab eo, qui eam emerat, sed in perpetuum
manebat apud emptorem, vide Levit 25: 29, 30. Verum
Hierosolymis, si quis Domum suam alteri vendidisset
eam quocunque tempore poterat recuperare pretio depo-
sito; Emptorque debebat venditori restituere etiam post
centum Annos, si modo pretium Emptori restitutum es-
set; Domus enim sua nulli ab alienari poterat, sed
necessario redimi debuit.

(2.) dum Privilegium. Urbs Hierosolyma non tene-
tur vitulam decollare ad eodem expiandam, quod cor-
dem incerto Auctore perpetrata fuerat. Lex ea exstat
Deut 21: 1--9. Si hominis interfecti cadaver repe-
riatur jacere in aliquo agro, tum Civitas illa, ad ju-
cum cadaver proximius erat, sumere debuit vitulam
pari immunem, eumque in valle horrida et inculta
decollare, ad expiandum reatum illius qui sangui-
nem innocentem effudisset, licet incertus ille fu-
erit. Verum ab hoc longe Urbs Hierosolyma liberata fuit.

(3.) Privilegium. Hierosolyma ab Idololatria immu-
nis erat, adeo atque exempta fuit e numero illarum Ci-
vitatum, quæ ab Idololatria exscindi debebat,
ex Lege Deut 13: 12. seq.

3. Pri-

(4.) Privilegium. Domus Urbis Hierosol. lepra aedificium infectas non fuisse. Praeterea leprosam, qui Corpora subdolum inficiebat, erat Lepra Aedium, et vestium prop. Lev. 13. 47. seq. et 14: 34. seq. Lepra Corporis et vestium fuerat quidem Hierosolymis, sed Lepra Aedium non. Fradum Magistri leprosam supplicium cognapse, nisi in Judea tantum.

(5.) Testorum fuggrundia, seu projecturas in plateam nimis extendere non licebat Hierosolymis; id que ideo ex mente Magistratuum; ne quis tempore pluvioso, in plateis incedens, se sub ejus modi fuggrundia recipiat, ne Contagione pollueretur, si quo casu in ede illa Contagio esset. Vide Num. 19: 14.

(6.) Fornaces calci parandae Hierosolymis fracta non erant.

(7.) Sordes et quisquilia in Cumulum congesta Hierosolymis nunquam rejecta, ne earum foetore quis polluereture, et ne in iis serpentes, rana, aliique vermes reperirent, quibus etiam polluti potuissent, vel homines vel cibi. Vide Lev 11: 28, 29.

(8.) Hortos intra Moenia habere licitum non erat, nam Horti stercoracei debent, jam vero in fimo noxia animalcula potorant procreari, ex quibus Contagio facile orici potuisset, et ex fimo quoque

in

ingratae exhalationes provenirent. Interim Rofarii haberent inter murcos licitum erat vadentibus Magistris.

(9.) Recivis. Gallos gallinaceos intra Urbis moenia alere, observare licitum non erat. Rationem dant Magistri, quia Galli gallinacei solent terram perquirere pedibus vellere, terram fodicare, gaudent enim terquilinijs, sicque foetorem facile canant. ne igitur conspurcarent Domos, cautum erat Hierosolymis, ne Galli intra Moenia observarentur.

Sed huic Magistrorum traditioni, de Gallis Hierosolymis non servandis, contrariari videtur Historia Evangelica Mat. 26: 74. Ubi Petrus audivit in Urbe Hieros. cantum Galli, dum ter tum abnegavit.

(•) Alii dicunt: Galli Magistros Hebraeorum cum dicant: Gallum gallinaceum in Urbe Hieros. nunquam alum servatum; sine. Imo Contrarium dicunt adparere ex Talmude ubi scribitur: Gallum gallinaceum lapidibus obrutum fuisse, qui rostrum puerulo in cu pue fixerat, adeo, ut puerulus moreretur. (••) Auctor noster Celeb. Relandus, in singulari sua D... ratione de Galli cantu Hierosolymis audito ait: Ho... pene hanc Magistrorum traditionem, de Gallis

Hie

CAP. 2. De Privileg. Hieros.

Hierosolymis non servatis, penitus explodi, sed potius in eo laborandum, ut traditio nem illam cum Historia Evangelica conciliemus. Observat itaq; Vir summus.

(+)mo Legitur quidem Mat 26. 74. Petrum audivisse cantum Galli in Urbe. Sed Gallum in Urbe fuisse nusquam legitur. Poterat ergo Gallus fuisse in Suburbio, ibiq; cantasse extra Moenia, cujus cantum Petrus in Urbe audiverit.

(=)do Lex de Gallis in Urbe non servandis sonabat ad Judeos. Sed Pilatus, aliiq; Romani, qui tunc Hierosolymis erant, |: nam tunc Judei Rmis jam subjecti erant :| poterant in suis Hospitiis Gallos habuisse, pro Cibo servatos. Ita porcos alere, in tota Judea alere Judeis non licebat. Sed tamen Gadareni, Gergafeni, in Judea habitantes porcos alebant, Mat 8.

(≡.) Non erat quidem licitum Gallos in Urbe alere, ex pagis, vallisq; tamen seu prodiis adducebantur Galli in Urbem venum expositi pro cibo. Talium Gallorum Cantum poterat Petrus audivisse.

(≡.) Lex illa lata est procul dubio, postquam Xs crucifixus est, et postquam Petrus Galli cantum in Urbe audivit. Obs. Sacerdotibus non tantum in Urbe Hieros, sed etiam in tota Judea Gallos servare illicitum erat.

(10.) Privileg. Nullus mortis concceptus poterat intra Moenia noctem pernigere. Sed quisq; eo die, quo vivere desiit, Urbe efferri debuit. Atque Decem erant Urbis Hierosolymorum privilegia, quibus hae Urbs reliquas omnes Palestinae Urbes, ex Magistratuum Traditione superabat. Addi his possunt quodam (•) Arbores intra moenia plantare non licebat. Imo Arbores frugiferas 25. Cubitis, Infrugiferas vero 50. Cubitis ab Urbe remotas licebat plantare. (••) Non fricabant intra Moenia quicquam; nec arcebant. (⁘) Conflagratio et Ruina domus nunquam intra Moenia contigit. (⁘) Hae Urbs nulli speciatim Tribui fuerat alligata, nec eam possidebat, sed erat ea communis omnibus Tribubus. (⁘) Domus in Urbe elocari Mercede non poterat, quia nemo proprium sibi domum Hierosolymis habebat, imo nec Lectus poterat mercede elocari. (⁘) Hominibus aliunde Hierosolymam ad Festa confluentibus Hospitia gratis debebant dare Cives Hierosolymitani, non pro mercede. Ex quibus insignis lux affundi potest loco Matth. 27: 17:18. Ubi Discipuli ad Jesum ita loquuntur: Ubi vis, ut loquamur parcemus tibi ad comedendum Pascha: Respondit Jes.: Abite in Urbem ad aliquem et. quibus

ver

CAP. 2. Typica fignif. Hierofol.

Verbis fupponitur: Odes Hierofolymis diebus Feftis fuiffe communis juxis. Ita Judæi omnem Sanctitatem extremis tantum hifce in rebus collocabant, externam fanctitatem ignorantes.

1. Abfolvimus literalem et Hiftoricam Urbis Hierofolymæ Defcriptionem, fequitur jam Myftica ejus Significatio. Teftatiffimum debere Viri Docti Urbem Hierofolymam longe melioris ejusqs Spiritualis rei Typum et figuram fuiffe: quod fequentibus probamus Argtis.

(1.) Argumentum defumi poteft ex nexu Urbis Hierofolymæ cum ipfa Paläftina, feu cum Terra Israelitica. Item cum Populo Israëlitico, cum Templo Salomonis, Schechinna, feu gloriofa Filii Dei præfentia condecorato. Cum his omnibus arctiffimam habebat Urbs Hierofolyma connexionem. Erat enim Hierofolyma Cor et oculus totius Paläftinæ, Metropolis totius Gentis Judææ, et Communis veluti Mater, Cor et oculus Templi, Schechinnæ, omnisqs Cultus ac Religionis Judæ Fides excellentiffima. Jam fi Terra Israëlitica, fi Templum Salomonæum, Schechinna, fi denigs Populus Israëliticus vim Typicam habuerunt, tum etiam Urbs Hierofolyma habuit vim Typicam. Atqui verum primum, de quo ne Pirkus quidem dubitat. Ergo et Pofterius.

♄ Arg

(☨) Aegum. Scriptores Sancti Ubi Regnum Coelesti, seu Regnum Xti Spirituale, i.e. Ecclam N. Ti describunt, sepius recurrent ad Urbem Hierosolymam, atqs adeo Ecclam N. Ti appellant Civitatem Coelestem, Hierosolymam Novam Coelo descendentem. Ex quibus patet Hierosolymam terrestrem significantissimis Scribis, principe Ecclam N. Ti, tanquam Spirituale Xti Regnum. Ita ad Galat. 4:25,26. duas Urbes adducit Apostolus, quarum alteram alteri opponit. (·) nam appellat Hierosolymam q vòr quæ nunc est, quæ terrestris, quæ tempore Apli a Rnis nondum everſa fuit. Hujus filios dicit Apostolus terrestres, i.e. legi et peccato subjacere, operosa scil. Cerimoniarum Cultui vocare. (··) Ei opponit Hierosolymam quæ est ἄνω superna, quæ a priore distincta est, estqs Spiritualis et Coelestis, quæ est liberæ, sui juris, et cujus filii legi peccatoque non serviunt, nec Cerimoniis subjecti sunt. Unde Apoc 3:12. Ubi memoratur Civitas nova Hierosolyma, quæ est Civitas Dei. Item Apoc 21:10. seq. portas omnes et structuram Hierosolymæ novæ. i.e. Regni Coelestis graphice depinguntur. Ergo Hierosolyma terrestris figuram gerit Regni Spiritualis. Inde est, quod Sacri Scriptores felicioram N. Ti statum exprimere volentes, Phrases suas sæpe mutuentur

a terraferi Hierosolyma. Ergo Hyerogalima terraferis habuit vim Typicam, figuravitq; Ecclām M. Fīi. Quare dabimus Capita Analogiā, qua terraferem inter Hierosolymam, et Coelestem Hierosolymam, i.e. Ecclām M. Fīi occurrerit.

(*) ☐ˢ ♄ ☉ ☿ ☽ ut ostendimus significat liquida paris perennem possessionem, quō Titulo jure merito gaudet Ecclā M. Fīi, in qua Pax Conscientiæ est. Et quemadmodum Terraferis Hierosolyma hoc Nomen nacta est tempore Salomonis Regis, cujus Imperium fuit pacificum, εἰρηνικόν, sine sanguine, omnibus Judæis pacem colentibus. Ita Ecclā M. Fīi tunc imprimis pacē Spirituali capit frui, quum Mysticus ille Salomon, Æternæ pacis auctor, Regnum suum Spirituale exexit. Quippe Xtus D. Sanguine suo Deum inter et Homines pacem stabilivit Æternam. (·) pacem Conscientiæ fecit. (··) pacem inter Judæos et Gentes, quum eos ad Evangelii suum adsumpsit, adeo, ut non sit jam Judæus, non Græcus, omnes enim unum sunt in Xtō Gal 3: 28. (···) Ecclam M. Fīi Donorum Spiritualium ubertate implevit. Hostibus omnibus subjugatis, pacem Ecclæ adduxit. Huc vates Esaias oculos intendit, Cap 54: 13. Ampla pax filiorum tuorum. Et Cap. 52. 7. Quam pulchri sunt pedes Evangelizantium pacem.

(**) Hierosolyma Terraferis Moribus et Ritibus

Superc-

superstructa fuerat, adeo, ut vim hostilem sustinere potuerit; quin aliis quoque secum dedit Refugii locum in Ecclia N. Tri (•) Unic. fundamento scil. Cto superstructa est 1 Cor 3:12. Esa 28:16. (••) Lapidi septem oculos cedato Zach. 3:9. 1 Pet 2:4. seq. Hinc videt omnes impetus insultusque hostiles. Contemnit furores et virulenta Satanae molimina; perfossissimas portas infernorum numquam ei prevaliturus, Matth. 16.18. Psal. 125:1. Qui confidunt Deo similes sunt Monti Sionis. et Psal. 46:2, 3.

(***) Urbs. Hierus. divisa fuit in Civitatem inferiorem et superiorem: ita tamen, ut quo illa partes unam constituerent Urbem, et ex una parte in alias aditus pateret. Ita Hierosolyma Spiritualis est Inferior in Terris, et Superior in Coelis: ita tamen ut unam constituant ~~civitatem~~ societatem, et ex inferiore aditus pateat in superiorem. Apertus est Fidelibus N. Tri Coelum, adeo, ut μεταπολίτευμα Fidelis N. Tri accedere possint ad Throsum Gratiae, Hebr. 4:14—16. Sumus una collocati in Coelis in Cto Eph. 2:6. Non sumus amplius peregrini, sed concives et domestici Sanctorum Dei IX.19. Habemus πολίτευμα in Coelis Philip 3:20. Cto igitur vocant Fideles N. Tri ut emergo vita hujus

terrenes

terrestris curriculo, demum in Coelos adsumantur, atque illic aeterne gaudent.

(**) Hyerosolyma Terrestris fuit Communis Gentis Israëlis Mater. (·) Illic sedes Regum erat. (··) Illic Templum Salomonis Magnificentissimum. In quo Schechinna, i.e. gloriosa praesentia Dñi Symbolum erat. (∴) Hyerosolymis Deus Soli singulari et excellenti modo voluit, ibique sacra sibi offerri. Does Psalmes canit Psal 76: 3. Tabernaculum Ejus Salem, et Habitaculum ejus in Sione. Hi Colores pulcre adplicari possunt Ecclae Hr. Sti. In qua est Fidelium cum Cto Matrimonium Gal 4: 26. Hoc sola colit Deus in Spiritu et veritate Joh 4: 23. In hac Deus ambulat et habitat 2 Cor 6: 16. Eam Spiritu suo illuminat, sanctificat, consolatur, omnibusq; donis Spiritualibus exornat. Habet Ecclam Hr. Sti Regem suum scil. Cstum Psal 2: et 110. qui Rex Sionis est.

(***) Israelita ex omnibus totius Palaestinae Urbibus horisq; ter quotannis debebant Hierosolymam ascendere, ubi bus scil Festis majoribus, ut se se coram facie Dei sisterent Exod 23: 17. Ita omnium Gentium multitudo ad Ecclam Hr. Sti se jam et porro contulit, et deinceps magis magisq; confert. Zach. 14: 9. Ut Festum Tabernaculorum celebret Zach. 14: 16.

(**)

(***
***) Sexto Urbs Hiercos. eximie fancta fuit adeo, ut cadentibus Majoris: Proselitus, Inquilinus et incircumcifus illic fedem figere non potuerit. Ita Eccla N. Test est Sanct Sancta, in qua membra exul. cercata, Corde incircumcifi homines, Hypocrita, pe regrina i.e. Deos alienos colentes, fedem figere non potuit. Soli Fidelis potuit ese Cives Eccla N. T. quia Zach 14:11. Non amplius hic erit Anatema. Adde X. 20; 21. Atque hoc de Urbe Hierofolyma cum Litteraliter, tum Mystice delibasse sufficiat.

CAPUT. III.

De Tabernaculo, ejusque Situ.

Agendum est jam de Ornamento Urbis Hierofolymæ, scil. de Templo Salomoneo, seu quia Tabernaculum Leviticum antiquius est Templo: ere est ut prius agamus de ipso Tabernaculo et quidem A. In Genere, B. In Specie.

A. In Genere, ubi (α.) Nomina Tabernaculi. β. Materiam (γ.) Situm ejus in Castro, et variam ejus in loca varia Deportationem. (δ.) Originem ejus, ubi Mysticam ejus Significationem radam

(E.)

(E.) De excelsis aliquid subjungam.

§. I. (α.) NOMINA

§ I.

Variis Hominibus in S. Literis venit. Tabernae. (♃.) dicitur יְקוּם מִשְׁכָּן Tentorium Conventus, quod ad Sacra peragenda ad hoc Tabernaculum undique convenerint Israëlitae. Hoc nomine insignitum erat antea Tabernaculum quoqs Mosis, privatum illud, quod Moses extra Castrum Israëlis exexercat Exod 33:7. Ubi Jura et responsa Dei, ut Summi Legislatoris, per Mosen Israëlita accipiebant. Hoc Tabernaculum erat privatum, illud publicum: Ergo Tabernaculum Mosis non est confundendum cum Tabernaculo Levitico. (♄.) do dictum est מִשְׁכַּן Habitaculum, quod Deus in eo habitaverit. Ita Caro Xti est מִשְׁכָּן in qua Divina Xti natura habitavit. ~~vocit~~ Ita Ecclia N. Ti audit מִשְׁכָּן, in qua Xs hodie hospitatur, tanquam in Tabernaculo. Huc alludunt Scriptores V. et N. Ti, quoties Beneficia Xti erga Ecclam N. Ti recensent. (♄.) הָעֵדוּת מִשְׁכַּן Tabernaculum Testimonii, quippe in quo Tabulae Legis et Testimonii asservabantur. (♄) מִקְדָּשׁ Sanctuarium Exod 25:8. Faciant mihi מִקְדָּשׁ Sanctuarium, et habitabo in medio eorum. (♄) Appellatur הֵיכַל יְהוָה Templum Jehovae Jos 6:24. 1 Sam 1:9. Psal. 27:4.

(B) Ma

(B.) Materia Tabernaculi, erat varia, quam voluit Deus, ut Israëlita non coacti, sed libere conferrent ad fabricandum Tabernaculum Exod 25: 1.--9. Plane igitur nobis Spencerj Sententia: quod Tabernaculum exfruendo, sed libere cujusq; voluntati permitteb[atur] quid quantumq; quisque offerre vellet fructum fuerit, non jubente sed permittente Deo: nam nihil ab Israëlitis vi extorquebatur pro Tabernaculo exfruendo sed libere cujusq; voluntati permittebatur, quid quantumq; quisq; offerre vellet, Exod 25. 1-5. Offerebant igitur Israelitæ libere.

1. Aureum, Argentum, Æs.
2. Hyacinthum. i.e. purpuram hyacinthi coloris.
3. Purpuram Rubram.

(4.) Lanam Caprinam. Exod 26.7. ubi occurrit חשׂ עזּ Caprea, elliptice pro pilis Caprearum. Ita (*) Exod 35:26. Mulieres ficuntur nevipe Capreas i.e. lanas Caprinas. (**) Cant 4:1. Capillus tuus est ut grex Capr[ea]rum i.e. lana Capr[ea]rum.

(5.) Offerebant עֹרוֹת אֵילִם מְאָדָּמִים Pelles Tekasi. (*) Magistri per חשׂ טחש a טחש intelligunt Animal unicorne, quod huic fini divinitus creatum fuisse tradunt, ut ejus pelle Tabernaculum contegeretur; tandem animal illud Unicorne evanuit, nec amplius tale animal visum est. (**) Alii per טחש intelligunt Melem, Dorez. Cujus pel. le Tabernaculum tectum fuisse contendunt. Quippe quam plu

pluvia penetrare non poterat. Sed ☺ vox תחש notat Colorem hyacinthinum, non animal. Ergo תחשים ו׳ ו׳ ו׳ ו׳ ו׳ ו׳ ו׳ fuit hic pelles hyacinthini Coloris. ℔. XX. Interp. dant ΔΕΡΜΑΤΑ ΥΑΚΙΝΤΙΝΑ, pelles hyacinthinos. Ita et Aquilla, Symmachus, Hieronymus. In Oriente Oves purpurei Coloris per naturam procreari certum est. Ita Constant. Porphyrogenita scribit: Justino Imperatori oblata dono fuisse decem millia ovium purpurei coloris. Hinc explica locum Ezech. 16: 10. Calceavite תחש purpura i.e. Calceis iis, qui confecti sunt ex Ovium purpurei Coloris pellibus. Vide Doctiss. Hieroz. Lib. 3. Cap. 30.

(6.) Tabatur Lignum Sittim (•) Magistri Hebr. per Sittim intelligunt alii Cedrum, alii pinum, vel arborem spineam, alii Buxum (••) Hieronymus cum verum docet per שטים intelligi arborem spinis albis similem, dictam שטה a שטם, quod ejus lignum sit levissimum, sine pondere, carieni et putredinem penitus nesciens, quod nusquam provenire potest, nisi in sterili deserto. Rabb. Salomon ait: Jacobum Patriarcham divinitus profectione Israëlitas Tabernaculum olim Deo erecturos, plantam Arboris Sittim secum in Ægyptum transportare ibique serere, inserique, Israëlitasque in mandato dedisse, ut lignum illius arboris secum in desertum deportarent, quum Ægypto exirent, sicque factum, et arbore Sittim Arcam Fœderis, Tabernaculum, omniaque Tabernaculi

vasa

vasa, Israëlita fabricarunt.

(7.) Lapides pretiosos, pectorali Pontificis M. inser
dos. Item oleum pro luminaci. Odoramenta pro Sacr
Unctione, obtulerunt Israëlita, ōa libere, non coacti.

(8.) Praeter hoc, quo fronte obtulerunt ab uno quo
Israëlitarum exigebatur etiam Tributum in Pecunia
sil. Dimidia pars Sicli, ad Ministerium et Usus Taber
naculi Exod 30: 11--16. Hoc fini census fuit orum
initus est, eorum qui nati erant Annos 20 ut supra
Exod 38: 26. etiam si Sacerdotes, Levita, proseliti, s
bertas ii fuerint, exceptis Infantibus, servis, et sexu
Muliebri. Recensiti Israëlita Tributum solvere valu
tes, 603, 550. Sex centies mille, et tres mille, quingent
et quinquaginta Num 1: 46. Hi omnes dimidium
Sicium solventes, exiit numerus fidorum integrorum
ad Sidos 301. 775. ∴ Tres centies mille, semel mille
septingentos et septuaginta quinque Sidos, i.e. ad to
dem Florenos Rhenenses; nam Sicus unus fido
rum valet Flor. 1. Rhenengens apud nos. i.e. den
120. Hi omnes 301. 775. Sicli efficiebant Talenta 10
et praeterea Sidos 1775. Exod 38: 25.

Hoc pecunia summa erat in solo Argento. Prae
hoc, non jam coacte, sed fronte sua dederunt qu
Aureum, quod exigebant ad Talenta 29. et ad Sicum

Aure

Auri 730. Exod 38: 24. Ianu vero 29. Auri Talenta efficiunt Flor. ℔. 664. 912. Sicli autem 730 efficiunt Fl. ℔. 5579.

Quum Israëlita gravi servitute, et paupertate pressi fuerint in Ægypto, juxta quod poterat, unde id tantum auri argentiq; copiam pro Tabernaculo pendere potuerint in deserto? Varia hic responderi possunt. (1.) no Israëlitae, quisq; a Vicinis suis multa vasa aurea et argentea ad ipsius petierant, quæ tandem secum abstulerunt, cum Ægypto exibant. Exod 12: 35, 36. (2.) do Cum Ægyptii Israëlitas persequuti sunt, aquis maximis oppressi sunt, mortuiq; in littus ejecti, quorum in saccis multum auri et argenti Israëlitæ invenerunt, secumq; ut spolia, abstulerunt. Exod 14. (3.) Multi Israëlitarum habuerunt sua avitica, quæ in Ægypto sibi conservarunt. (4.) Per 40 Annos in Arabia deserto obversantes Israëlitæ, multos opes ab Incolis deserti illius adquisiverunt. Ergo Arabia desertum et si non totum, saltem ex parte fuit habitabile, nam Ab rahami posteri plerisq;, ita Amalekita, Esavi posteri, in deserto illo sedem fixerant. Gen 21: 21. (5.) Denisq; Providentia Divina Israëlitas tantis opibus ditaverat. Laudandi erant Israëlitæ, qui nihil tam curum habuerunt, quod non libenter suaq; fronte Deo consecrarent.

J. SITUS

§. 2. (γ.) SITUS Tabernaculi, erat triplex: (*) In Castris. (**) In Deportatione ad diversa loca. Ubi (***) Signum Translationis videndum.

(*) Quod ad Situm in Castris: Exercitus erat Tabernaculum in medio Exercitus Israelitici, ita tamen ut (o) proxime illud contingerent. (·) ab Oriente Moses et Aaron cum filiis suis. (··) A Meridie Kehatita. (:) Ab Occidente Gersonita. (::) A Septentrione Merarita Num 3:23. et. (oo) Longius a Tabernaculo circum circa erant 12. Tribus Israëlis. (·) Ab Oriente Tribus Judæ Issachar et Zebulon. (··) A Meridie: Ruben, Simeon, Gad. (:) Ab Occidente Ephraim, Menasse et Benjamin. (::) A Septentrione Dan, Aser, Naphtale Num 2:3. et.

Atqui ita tria se quasi prædunt castra. I. Castrum Dei scil. ipsissimum Tabernaculum cum Atrio. II. Castrum Levitarum. III. Castrum populi Israëlitici. Cum his tribus Castris conferunt Gemarici Doctores tria loca, quæ tanto Templo diversum Sanctitatis Gradum obtinebant. (†) Atrium Magnum Templi |: quod complectebatur Atrium Israelitarum et Sacerdotum :| conferunt cum Tabernaculo. (‡) Atrium Mulierum, Spatium ante Murale et Montem Templi, conferunt cum Castro Levitarum. (‡·) Urbem Hierosolymam conferunt cum Castro populi

Is

Israëlitici. Hinc inteliges quod per Castrum sepe intelligatur Urbs Hierosolyma in N. Test. Vt Hebr. 13: 11. Animalium Corpora cremantur extra Castrum. i.e. extra Urbem Hierosolymam. Et X. 12. Extra passum extra portam, vel extra pro Castrum. i.e. extra Urbem Hierosolymam. Deo subjungit X. 13. Exeamus in ocasum ejus extra castrum i.e. extra Hierosolymam. Ergo Urbs Hierosolyma convenit cum Castro Populi Israelitici. Israëlita comparantur cum nuce Cant. 6: 8. Ideo quod ipsi undique inserunt Tabernaculum, ut cortex nucis nucleum circumdat.

§. 3. (**) Situs Varius Tabernaculi, quo varia in loca deportebatur. Migrante Populo Israelis in Deserto ex loco uno in alium, Tabernaculum quoque, ut Templum portatile, cum Populo migrabat, fixebatur tamen Tabernaculum in medio Populi, sicuti erat, cum Populus quiescebat, Vide Num. 10: 21. Arca tamen Fœderis toti Exercitui pro ibat Num 10: 33. Ut sic quietis locum Exercitui exploraret. Subsistente et consistente Populo etiam Tabernaculum subsistebat, et consistebat, expandebaturque, et quidem in medio Populi, atque Deus super Tabernaculo in Nube consedit. Alias Deus ante vel post castrum ibat in Columna Nubis vel ignis.

Cum Israelita vastum Arabiæ Desertum emensi sunt, et Jordanem, duce Josua, trajecerunt, subsitit Tabernaculum (1.) In Gilgal, ubi hæsit Annos 14. ex calculo Judæorum. Hinc (2.) In Schilhuntem Urbem transtatum, ubi pretiosa dicitur

Annos

Annos 369. Factum hoc ideo, quia Schillum tali loco exar
ur. Urbem eam Israëlitæ facile adire potuerint. In
Schillum domus Lapidea Tabernaculo fructa fuisse
perhibetur, unde Tabernaculum vocitatum est מִשְׁכָּן
Templum 1 Sam 1:9. & מִשְׁכָּן Domus 1 Sam 11:24. ex
Schillum. (3.) Translatum est Tabernaculum in Urbem
Nob, ubi inhosit Annos 13. Inde (4) in Gibeonem, ubi hosit
Annos 50. (5.) ex Gibeone Hierosolymam, ibique reposi-
tum in Templo Salomonis, ut colligere est, ex 2 Chron 1:3,4.
non fane ad usum Templi, sed ut in memoriam conservaretur in
conclavibus Templi, idque non sine omine, sacra fuit. ut olim om-
nes Cæremoniæ ita sepelirentur, et absconderentur, ut Ta-
bernaculum hocce in Templo reconditum est.

§ 4. (***) Signum Translationis Tabernaculi fuerat Colum-
na Nubis et Ignis: Ejus Columnæ ductu Populus Israëlis
non P. Ægyptiorum manus evasit. Verum etiam vasti-
simum Arabiæ desertum superavit, tandem in beatam Ca-
naan sedem migravit. Signa est miraculosa hæc Colum-
na Nubis et Ignis, ut oculos in eam conjicamus, nam inde
multa vaticinia explicari possunt, quæ absque interiore et
exteriore Columnæ hujus intelligentia explicari nequeunt.
Duo hic facienda: (⁂.) Historia et exterior Columnæ facies
recudenda. (⁂.) Mystica ejus significantia explicanda: Ubi quæ
dam loca exponenda sunt, quibus ad Columnam hanc
est allusio.

(⁂.) Quantum ad priora; hic ad duas lineas attendendum.

(⁂.)

¶. Quid hoc Columna fuerit. (¶.) Quo ejus forma et qualitas. (¶.) Quis ejus Usus fuerit. (¶.) Quando coepit adparere, et disparere.

(¶.) Una tantum fuit Columna: non dubito uti multi putant: ejus constans et nube aquosa, obscura, et Igne prodigioso, qui in medio Nubis erat. Vide Exod 40:38. Nubes erat de die super Tabernaculum: quum Sol. condebat Tabernaculum: noctu vero Ignis ei in erat. Ubi non dicit Moses duas fuisse columnas, sed tt. unam. Ita Exod 14:20. Una eademq; Columna memoratur, quæ Aegyptiis tenebras, Israëlitis lucem præbuit. Conf. Num. 9:21. Psal. 78:13. et 105:39. Esa 4:5. Conf. et C. Viringam Observ. Sanct. L.5. C.14. et C. Buxtorf. in Tiberiad. de Columna N. et Ignis. Cap. II. Ubi Nobile quæsitum: An unica hæc Columna Materia naturalis vel elementaris fuerit, vel miraculose producta? Nos dicimus: miraculose productam, quo ipso significatum est: Divinitatem Extitisse olim visibili forma inter homines Aparituram et versaturam.

(=) Placet multis: Columnam hanc fuisse nil aliud, nisi fumum seu ignem quendam, longioris spectio adspectus. Qui noctu flamma, interdiu fumo emisso viam Israëlitis ostendit. Sed hæc Sententia arguit ingenium hominis, nullam S. Sanctæ reverentiam habentis.

(=) Hermannus Van der Hart, Vir Doctus dicit: Columnam hanc N. et I. nihil aliud fuisse, quam Sacrum illum et perpetuum Ignem, numquam in toto Israëlitarum

iti

itinere extinguendum; Quippe quem in altari semel
accensum, ipse altus Divini praeses, verumque Divinarum
Antistes Aaron procurarit, novoque jugiter fabulo a-
luit, ipsique Israëlitis in deserto praetulit et quidem lon-
gioris spectiō adspectum: Qui tandem ignis decepit no-
men Columnae Nubis et Ignis, interdiu fumeus, noctu
vero lucem emittens. Sed hoc nullo tibicine fultum, ante
occubuit, quam Virgam Amoriam sustineat.

(ℭ.) Forma et qualitas Columnae, fuit teretis figura,
quae in altum, versus Coelum adsurgebat. Stilo Orientis
obtuscatō: fumus Coelum ascendens, dicitur Columna fu-
mi Judic 20: 40. Et insana Urbe Gibea, ascendit Colum-
na fumi. Sublimiores figura Joël 2: 30. habet Palmae
fumi, i.e. arboreis instar Palmae ascendentem fumum.
Amplitudinem, altitudinem, et spatium hujus Columnae
Moses non reddit. Rabbini Coelum usque procul fumo fore
aiunt. Satius est nihil definire. Fuit tamen tanto alba
ut ab omnibus Israëlitis e longinquo conspici potuerit.

(ℭ.) Usus varii Columnae N. et T. et quibus insigne
Evangelii Mysterium effulgit.

(I.) mo Fuit Columna hoc certissimum signum et
Symbolum Numinis praesentis, seu Filii Dei, tamquam
Angeli Foederis; adeo ut quoties in Columnam hanc
oculos conjecerunt Israelitae, totius pene mercito

glo

gloriari potercant, se oculis suis Ducem Salutis et Angelum Fœderis usurpare. Quorsum spectat locus Exod 14:19. Præfectus ipsis et Angelus Dei, qui antecedebat castrum Israelis et Agmen laudebat. Conf. Cap. 13:21. Dominus præibat illis in Columna.

(2.) Quod in vasto Arabiæ Deserto viam Israelitis præluxit. Exod 13:21.

(3.) Usus, quod non d. Vias ipsis offendercit, Verum etiamsi, ut memorat Hebr Traditio. (·) Montes complanavit. Valles et loca Salebrosa opplevit, purgavit. (··) Rupes et invia Saxa percrupit. (∴) Vepreta et Senticeta exuſit. (∴) Scorpiones, Serpentes, aliaqs animalia noxia exstinxit. Verbo omnia impedimenta submovit. Sicqs Viam Israëlitis in Deserto tutam ubiqs aperuit, donec in Palæstinam pervenirent. Si hoc Hebræorum Traditio explorata verag esset, insigne lumen illustraret in locum Esa 40:3,4. Ubi de Tempore Adventus Messiæ hæc sacer vates prodigo carmine adnunciat: Vox clamantis in deserto, parate viam Jehovæ, dirigite aggeres in solitudinem, Omnis vallis attolatur, omnis collis deprimatur, omne curvum rectum erit. Salebrosa abibunt in convallem, ut revelctur Gloria Dei, i.e. ut Evangelium Christi per totum Orbem diffundatur, Regnumqs Ejus Spirituale ubiqs terrarum erigatur.

(4.) Usus Columnæ, quod ea Sensus intra Africa Ægyptiacum et Israëliticum, parte sua lucente Israëlitis lucem

qua

gratissimam, parcte verso subnubilosa Ægyptiis tenebras effuderit. Sic stans inter duo castra, Israëlitas contra Ægyptios defendit. Exod 14: 19, 20-24.

(5.) Usus Columnæ, castra locantibus Israëlitis, seu considentibus illis; Columna hoc figurans suam mutavit non in altum surgens, sed in latitudinem se diffundens. (·) Tenebris Israëlitarum obtexit, Umbram ipsis contra solis ardorem præstitit. (··) Adversus omnes aëreis injurias eos defendit, ut contra Æstum, pluvias, grandines, nives ventosq; &c. (···) Noctu verso ad solis Ortum lucem præbuit. Quod Miraculum in Miracula celebrat Psalmes 105 39. Expandit Nubes ut eos obtegat, et ignem, ut noctu iis luceat: Huc fere Hymn 14: 14. Nubes tua stabat super illis. Liquida hujus rei mentio occurrit Esa 4: 4. Ubi finitis Prophetico, Beneficia Xti describuntur his Verbis: Creabit Deus super omnem Sedem Sionis Nubem, et fumum interdiu, noctu autem splendorem ignis, erit q; umbraculum adversus Æstum, et tegmentum contra pluvias. Ubi palam sentitur et alludi ad Columnam Nubis et Ignis. (···) Columna se expandens vocem quoq; Populo miscebat, Populumq; in locis sitibundis recreabat. Vid. Joseph. Antiq. Jud. L. 3. Cap. 8. Huc pertinet Testimonium Gregorii Nyseni, qui ait: Columna Nubis et Ignis non tantum Umbram adversus Æstum Solis, aëreasq; injurias Israëlitis præstitit, sed etiam vocem gratissimam

ipsis

ipsis minigrabat, quo æstuus vaporemq; aëris temperaret. 7b. Moses filet de hac Columna usu in recte administrato, intecimo insignis inde lux ad fundi posset loco Paulino 1 Cor 10: 1,2. Patres nostri omnes fuerunt sub Nube, et baptizati sunt in Nube. scil. tanquam et Nube Columna eos descendens in Israëlitas, eos in æstu solis et siti recreavit.

(6.) Usus Columnæ, quod Deus ex hac Columna, tanquam et sacro Antro, oracula ad populum dederit. Exod 33:9. Descendit Columna Nubis, ut loqueretur cum Mose. Num 11:25. Descendit Dominus in Nube, et locutus est ad Mosen. Ex his patet: Columnam hanc pro re mirabili, et pro insigni Numinis beneficio habuisse Israëlitas, adeo ut conspecto progressu hujus Columnæ, surgebat totus populus, eamq; sequebatur.

(7.) Ductu dignoscendum est: quo tempore Columna primum ad parcere coeperit, et quando tandem dispareuerit? (+) Ad primum: Patet ex loco Exod 13: 20, 21, 22. productam hanc Columnam nunc supra a Deo statim, ac Israëlita Ægypto egressi, Etham castra posuerunt, ante quam Sinum Arabicum rejecerunt. (+) In totum disparuisse Columnam hanc dicunt post mortem Mosis, postquam Israëlita Defectum superarunt, Jordanem rejecerunt, ipsamq; Terram Canaanis ingressi sunt, cum jam Columnæ hujus ductu non indigebant. Magistri vero Hebræorum negantur Columnam hanc in totum

totum Dipparcuipe post mortem Arconis, ob cujus mercita producta quoq; divinitus eam rugantur in medio Israëlitarum. Sic enim in Talmude fecibunt: Fria dona data sunt Israëlis per Manus Mosis, Arconis, et Marci. (1.) Puteus seu aqua ex Petra Horeb ducta ob mercita Marci. (2.) Columna Nubis et Ignis ob Mercita Arconis (3.) Manna ob Mercita Mosis. Sed mirs nugis, quod verum est teneamus: ingressis Israëlitis in Terram Canaanis, Columnam Nubis et Ignis non evanuisse; sed suam sedem sibi fixisse in penitissimo Tabernaculi Adyto. scil. in ipso Sancto Sanctorum, super Arca Foederis inter Alas Cherubinorum, ut hoc ipsa videbimus. Atq; hanc Columnam Nubis et Ignis inter Cherubos residentem appellarunt veteres ארץ שכינה Schechinna, a שכן resedit, quod Residentiam Divinam, h.e. Symbolum et pignus Numinis modo præsentissimo inter suos habitantis.

(☥) do Ergo est, ut Mysticam et Spiritualem Columnæ Nubis et Ignis significationem ac potentiam proferamus. Dubitari fane nequit, Mysterium sub tanto Pignore latuisse, si modo debita in Cæremonias Umbraticas Reverentia ac Religione perramus. Ad has vero lineas omnem operam hic dare ingreo. (☥) mo ostendam Columnam Nubis et Ignis vim habuisse Mysticam. (☥) do abo, quid Columna hoc in genere figuraverit. (☥.) Addam pauca de Gentilibus

bus, qui hic illicve suis in Sacris ad hanc Columnam Nubis et Ignis allusisse videntur.

(4.) Quantum ad primum: Miraculosam hanc Columnam vim habuisse Typicam, et rem Spiritualem suo in sinu gessisse, nemo sanior dubitare potest. Id docet Spiritus Sancti ad hanc Columnam varius in locis allusio. Longum foret omnia adducere, pauca modo specimenis loco recudamus. (1.) Esa 4: 4, 5. Ubi Beneficia Xti Spiritu Prophetico describuntur his Verbis: Excedabit Deus super Sionis omnibus locis Nubem interdiu, nocte vero ignem, et protectio Jehovæ erit super populo, quæ erit pro Umbra populo, contra Æstum et pericula! Gloriosam hic Dei præsentiam describit Vates lineamentis a Columna Nubis et Ignis desumptis. Locum infra commodius explicabimus: hic pro hypothesi sufficiat. (2.) Rem validissimo firmat locus Esa 52: 12. Præcedet vobis Jehova ejusque Gloria agmen claudet. Ubi describitur Spiritualis exitus Populi Sti ex Ægypto Mystica; palam exspicitur ad Columnæ Nubis et Ignis miraculum, quod ea populo Israëlis Ægypto exeunti non tantum prædixit, sed etiam agmen populi claudit. (3.) Huc facit Habac 3: 3, 4. Deus venit e monte Teman, et Sanctus ostendit se e monte Saman Paran; Splendor ejus obduxit Cœlos. Cornua Ejus e latere ejus, et in iis robur ipsius reconditum. Seu, Cornua ejus sunt latibulum Majestatis ejus.

Ubi

Ubi illud Latibulum Majestatis est, Columna nostra Nubis et Ignis, in cujus Meditullio, tanquam in Latibulo, lux seu Majestas, tanquam pignus divinæ præsentiæ latitavit, fedens sibi illic figens. Coronam a latere ejus, sunt totidem Radii vibrantes. Exprimit ergo Orbem Regni Spiritualis Messiæ per totum terrarum Orbem adparitionem.

♀. Propius jam res tangenda, et videndum, quid in Specie Columna Nubis et Ignis figuraverit.

(♄.) Vulgaris Sententia figuratum ait per Columnam hanc Angelum Fœderis, Ducem et Auctorem Salutis Mosiaicæ Exod 13: 20,21. et 23: 20,21. Ubi memoratur Ductor populi. adeo, ut Nubilosa Materia Columnæ humanam, Ignea vero ejus Materia Divinam Christi naturam figuraverit; ita, ut quemadmodum Nubes in Columna Ignem contexit operuitque, ita Carnem Christi operuit occultavitque Christi Divinitatem; nam formam servi induerat Xtus Phil. 2:7. Radii tandem Divinitatis Christi emicarent e Corpore ejus per ejus Contiones, Institutiones in populo, et per Miracula quæ patravit. Cui fidele nulla ætas vidit Joh 1:14. Sicuti e Nube Columnæ Ignis emicuit. Atque hanc Sententiam Colore aliquis induere posset, ut enim Columnæ materia ignea fuit e Cœlo, nubilosa vero de terra; ita Christi Dei natura Divina fuit de

Cœlo

Cœlo; Quippe qui erat Dñs de Cœlo, humana vero ejus natura de terra fuit, erat enim Xs Germen et Surculus de terra.

Sed quicquid Meditationum hic congeritur, adcuratius inspectum et excussum, coercuit: Si modo ad Sapientiam Divinam, quæ in omnibus Tabernaculi partibus elucet, serio attigemus. Quippe Columna illa N. et Ignis, postquam mane-re sui Ducatus defuncta est, i.e. postquam populum Israëlis Duce nec esse non habuit, suam sibi Sedem fixit in penitissima Tabernaculi Dei, scil. in S. Sanctorum, supra Arcam Fœderis. Jam vero et mente illorum Theologorum, qui per Columnam Xtum intelligunt, Arca Fœderis Xtum figuravit, cumq; in Collegium Florianum evectum; lignea Arca materia humanam, aurea autem Divinam Xti naturam. Ergo in hac Scena, in qua ipsa Columna super Arca sedit, non potest et Arca Fœderis, et Columna Nubis et Ignis unum eundemq; Xtum figurare: nam si Xs super se consedisset, cum Columna super Arca consedit, sic omnia confunderentur. Ergo vel Arca Fœderis, vel Columna Nubis et Ignis diversum quid notavit a Xto.

Hæc aliaq; difficultatibus moti insignes Theologi, in quibus Palmam tenet Celeb. Vitringa Pater, longe aliam inivere viam, ad vestigandum Mysterium illud, quod in duplici Columnæ Materia, scil. in Igne et Nube latebat. Atq; horum Theologorum Sententia hæc est: Quod per lucem illam Columnæ, nube circumdatam et vestitam, intelligatur Sola Divina

Xti.

Xti Natura. |: Ergo Arca foederis aliud quid figurabit, scil Sanctitatem, Infinitam, Potentiam, Bonitatem, et Gratiam Dei. Vide pag. 302. :| Sic Columna Nubis et Ignis Mystice fuit Xs Dns. In Xto enim licet plurima cum in Natura, tum in Gratiæ operibus cognosci possint; intimam tam Divinitatis ejus naturam, perfectionem, et proprietatem, nullus Angelus, nulla Creatura exacte percipere potest; adeo ut de natura Xti divina dicatur: quod ea sit lux nube contecta. Vel Secundum Apostolum (Tim 6: 16. Deus habitat lucem inaccessam, quem nemo vidit, nec videre potest. Vide Cel. Virey. in observ. Sacris.

Missis ergo Meditationibus subtilissimis, contenti erimus verbo dicere: Columnam N. et Ignis Mystice fuisse Xtum. Vel potius: In Columna N. et Ignis Xs adfuit, et exstantiores Columnæ N. et Ignis colores enotare. et Xto Mysta adplicare. Servabimus vero hic ordinem illum, quem supra circa usus Columnæ tenebamus.

(1.) Columna N. et I. fuit Israëlitis Signum præsentiæ Dei, et Symbolum Gratiæ Dnæ. Ita Xs est is qui per Spm Sanctum Fidem in nobis facit de hac re. Quod Deus Pater nobis sit reconciliatus.

(2.) Columna N. et I. fuit Israëlitas in deserto, lucem iis præbuit, eos defendit. Sic Xs Nobis cum agit in vasto hoc Mundi deserto, nos ducit, defendit, lucem nobis præbet. Xs enim est lux Mundi, et qui eum sequitur, non

ambu

ambulat in tenebris, Hebr. 12:2. Sed habebit lumen vitæ.

(3.) Columna N. et Ignis habebat quoq; usum bellicum, quippe qua Agmen Israëlitarum duxit, eos contra Ægyptios defendit. Ita Xs Eccl̃as suas defendit, ne porro infernorum ei prævaleant, et ne Diabolus eam in servitutem redigat.

(4.) Ex mente Magistrorum Columna N. et I. Viam Israëlitis tutam faciebat in deserto, removens omnia obstacula, ut scorpiones, serpentes, Leones etc. ut sic Israëlita tuti in Canaanem contenderent. Ita Xs Viam in Cœlestem Patriam, viribus humanis inexpugnabilem, fidelibus aperit. Sic in reliquis usibus Columnam hanc Xto̅ applicare possumus.

Judæi quoq; licet Spiritu veritatis destituti sint, tamen non nullos Veritatis radiolos Cœlestes in Columna viderunt. Fatentur enim sublimiora hic de Angelo Fœderis de Columna hoc N et I. dici, quam ut Creaturæ ea applicentur. Et sane ex veterum Rabbinorum hac in parte Doctrina hinc illinc quædam Spiritualis Veritatis percipi possunt, quæ in Veteris Ecclæ Judæis finis repidebant.

(*) Rabbi Moses Gerundensis ad Exod 23: ita Commentatur: qui Israëlitis sub Columna N. et Ignis promittitur, est vere Angelus ille Redemtor, cujus in medio est Magnum Dei Nomen.

(**)

(**) Rabbi Jonathan, in Schemot Rabba i.e. in Comment. Magno ad Exod docet: Angelus Foederis, qui in Columna præibat Israëlitis fuit Michaël

(***) Præi Rabbini, hunc Angelum qui in Co. lumna N. et Ignis erat vocant מטטרון Metatorem et Principem faciei Dei, qui Mansiones, et Itinera Israëlitis præparabat. Ex quibus Majestas hujus Angeli patet quod fuerit persona divina. Vide Buxtorf. in Hist Arch Foederis Cap 14. et Cameracum in Theolog Israëlis.

(****) Abarbanel ita scribit: (.) Visibilium illius luminis et Gloriæ Columna Nomen est sancti Dei Nomen. (:) Sigillum Dei benedicti. (:.) Princeps Spiritualium, et sanctissimum omnium. (::) Lux perfectissima omnium (:::) Divina Schechina inter homines. Et (:::) facies Dei quæ videri nequit.

Hæc Elogia et Abarbanelis sumpta fere consentiunt. Quippe (+) ipsi datum est Nomen supra omne Nomen Phil 2:15. (≠) Ipse est sigillum Dei, in quo tanquam sigillo Pater conspicitur Joh 6:27. Τοῦτον γὰρ ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν αὐτόν. Patet ex his: Recentiores Gentis Magistros in nube aut ipsa hac Columna respexisse Messiam, ut Angelum Foederis. Ergo in his Magistrorum scriptis quæ dam Theologiæ Judaicæ et Patriarchalis Catechesios scripturas, a vestigia circa Messiam quodam patam reperimus Vide Buxtorf. l. c.

☐ Lampii jam Sententia sub manum venit. Ait Vir Doct. Per Columnam N. et Ignis adumbratum fuisse Sp. Sctum. Rationem dat: (1.) Quia Columna definita fuit ab eo, qui forma humana in Columna adparuit. Atqui Angelus Foederis fuit Mephias, sope forma humana in hoc Phoenomeno, scil. in Columna adparuit. Ergo definita fuit Columna a Sto, fuitq; Columna Typus Sp. Scti. is vero qui in Columna adparuit, fuit ipsissimus Mephias. Columna vero, quia Pater esse non potuit, debuit esse Sp. Sctus, quia Nomen Gloriæ Dei huic Columnæ tributum est, quod Nomen Spiritui Sto quoq; scripturæ. (2.) Ait Vir Doctus: Cum in V. tum in N. Tto Spiritum Sctum repræsentari sub Ignis Symbolo. Ergo Ignea Columna Materia figurarit Sp. Sctum. Hinc phrases de Sp. Sto: Lingua ignita, Spiritus incendii, Debrigmus per Spiritum et Ignem. Et Deo Dei: ne extinguamus Sp. Sctum. Ergo in his omnibus est allusio ad Columnam N. et I. tanquam Sp. Scti Symbolum. (3.) Phrasin quoq; eam, qua Sp. Sctus in SS. Scriptura effundi. Item requiescere super Eum, et requiescere super aliquo depinxit Vir Doct. a Columna N. et I. qua residebat in medio Israelitarum castro, expansaque, vocem copiosam super Israelitas effundabat. Vide hac apud Lampium in Ejus Diquis. Theol. de Operat. Sp. Scti § 11-15.

(4) io. Adams Verbulum de Gentilibus, qui ad hanc Columnam suis in Sacris sic illive allusisse videntur.

(1) Hinc haud dubie hausserunt Gentiles, sua Numina

in

in Nube candente habitasse, in eaqs Gloriam suam hominibus manifestasse. Horat. Od. L. I. Od 2, 3.

---- Tandem venias precamur
Nube candentes humeros amictos
Augure Apollo.

Homer Iliad 17: v. 51.

Minervæ Nubes purpurea cincta, Gentium Argivorum ingressa Apollinis oraculum dixit: Deus invisibilis οἰκεῖ ἐν πυρὶ habitat in igne. Ita Nubem lucidam habebant Gentiles pro Gratiæ Divinæ Symbolo. Vide Euseb. in Hexaemeron Actu. 4.

§ 5.

Arcam Fœderis, præcipuum Tabernaculi ornamentum ipsa ædemus, cum Partes Tabernaculi singulas exponemus. Hic obiter tandem de ea, quæremus cum portatili illo Templo seu Tabernaculo hæc illuc transferebatur. Ædificato pauci Arcæ Fœd. in varia loca transportationem Plures locum mutavit Arca quam Tabernaculum. (†) Confidente castra populi, Arca in SSto cum Tabernaculi, ut ode peritissima observari solebat. Cum vero populus proficiscebatur, tunc Arca SSto cum educta, Coram populo ferebatur, ut locum quietis exploraret Num 10: 33 seq. Ubi etiam cantica notantur, quæ Moses proficiscente vel quiescente Arca, Deo decinebat. (•) Arca proficiscente

fit

sic Moses canebat: Surge Jehova, et dispergantur inimici tui, fugiantq; oderes tui a facie tua. (**) Consistente vero Arca, sic Moses canebat: Da Jehova quietem Myriadibus Israelitarum. (≠) Jordanem transitaro populo similiter Arca populo prædixit, unneq; divisis viam populo fecit Jos: 3. (≠.) Trajecto Jordane jussu Dei Arca Fed. Tabernaculo exacta est, septem diebus circa Hiericuntem Urbem circumportata est. Die tandem septimo Muris Hiericuntis collapsis, Jos 6. relata est Arca Fed. ad Montes Abal et Garizim (≠.) Inde Schilluntem, ubi Tabernaculo impositā diu permansit. (≠) Schillunte ejecta in aciem contra Philistæos, ubi a Philistæis capta est, Fed plagis divinitus illis immissis restituta est. 1 Sam 4: 5, 6. Tum (≠) Aliquandiu in Dedfenes et Kirjatjearim subsistit. (≠) Inde David Eam Hierosolymas transferre tentavit. Sed poena divinitus Uzæ immissa terrefactus, in Domo Levitæ Obed-Edom eam reliquit 2 Sam 6: Mox (≠) David meta tubervatus, pompa Magnificentissima, in Tabernaculum transtulit, quod Ei in Sion parraverat 2 Sam 6:17. Hoc vero Tabernaculum distingui debet ab illo Tabernaculo Levitico, quod tunc temporis fuerat in Gibeone 2 Chron 1: 3, 4. Tandem ex Tabernaculo illo, quod David ei frenxerat, Arcam eduxit Zadok, demumq; Templo Salomoneo

neo illata fuit, ex Chron 5: 5, 6, 7.

§ 6. Diversas hasce cum Tabernaculi, tum Arcæ Fœderis mansiones et Migrationes per Annos 479 qui fluxerunt ab Exitu Israëlitarum ex Aegypto, vel ab Exstructione Tabernaculi, usque ad conditum Templum I-mum I Reg. 6. 1. digerunt Hebræi in Gemara Zevachim 116: 2. exhibet earum Chronologiam Auctor nofter §. 6.

(I) mo
TABERNACULUM fuit

(1.) In Deserto — — — Annos 39.
(2.) In Gilgal 7. Annis, quibus occupata, et 7. Annis, quibus distributa fuit terra, sic in summa fuit in Gilgal Annos — — 14.
(3) In Nob Annos — — — — — — — 13.
(4.) In Gibeone — — Annos — — — 44.
(5). In Schilo fuit reliquis Annis inter medijs — 369.
Summa horum Mansionum 479. Anni.

II- do.
ARCA FŒDERIS fuit:

(1.) In Deserto — — — — Annos — — 39.
(2.) In Gilgal — — — — Annos — — 14.
(3) In Schilo. — — — — Annos — — 369.
(4) In Kiriat jearim, et in Arce a Davide facta in Sione — — 57. Summa — — — — 479.

§ 7.

§ 7. Nobilis Philologorum est quaestio: An una tantum fuerit Arca vel duae? Multi Veterum et Recentiores duas fuisse Arcas asserunt. (*) nixi praecipue loco Deut 10:1. Ubi jubetur Moses fabricare Arcam lignearum. Item v. 3. Moses fecisse dicitur. Item vero hoc mandatum, datum ad Mosen, distinctum fuit ab eo mandato, quod habetur Exod 25: 10. et 35: 12. Unde asserunt duas fuisse Arcas, unam a Bezaleele factam Exod 25:10. Alteram a Mose Deut 10:1. (**) Addunt Arcam a Bezaleele factam, in qua integre Legis Tabulae erant, semper in Tabernaculo stetisse. Arcam vero a Mose factam, in qua Legis Tabulae fractae erant, praesertim semper populo, duraturas fuisse in Dei bellum contra Philistaeos. Verum unam tantum fuisse Arcam certum est. (†) quia una tantum confici jubetur, Exod 25:10 et 35:12. (‡) Unam tantum gestarunt Levitae Num 7: 9, 10. (‡) Una tantum in Tabernaculo reposita fuit Num 10: 33. Deut 31: 26. (‡) Una tantum remansit Jordanem Jos 3: 3, 5. (‡) Una Arca capta a Philistaeis, nulla alia manifit apud Israelitas 1 Sam 4: 3. Alii per alteram Arcam intelligunt Cipeum T& Ephod.

(Sta. Instituti nostri Ratio flagitat, ut agamus de Origine et Varia ratione instruendi Tabernaculi: Ubi (†.) Videnda Spenceri doctissimi Angli opinio. (‡.) Vera Causa et Rationes.

(†.) Quod

(F.) Quod ad Spencerum: Ut religiosos Ritus et Cæremonias mosaicas. Ita Tabernaculi Levitici quoq; Originem ex præcipua Gentilium superstitione derivat Spencerus. Innuens Vir Doct. (•) Altos olim radices in animo fixisse hanc opinionem; Deum externis Symbolis, signisq; visibilibus exprimi posse, omnemque Religionem abolevi externorum illorum Signorum usurpatione. (••) Supponit Judæos quoq; Gentem eadem opinione fuisse imbutam. (:) Ait Deum quoq; voluisse ad hanc Judæorum Captum et Opinionem paulatim accommodare, ipsisq; permisisse, ut externa signa et simbola fuerent, sub quibus Deum colerent. (::) Ait Ægyptiis aliisq; Gentibus solenne fuisse Deos suos Templis Tabernaculis, capsulisq; inclusos colere et circumferre: ut sic Deos suos Vidrum suarum comites Ducesq; haberent. Hinc ait (::) Vitulum fuisse Deo, ut ad morem secularem Israëlitis se se accommodaret, in Tabernaculis habitaret, et in iis circumportaretur ab Israëlitis. Hinc dicit exprobrari Israëlitis Amos 5:26. Quod Tabernaculum non Veri Dei, sed Moloki circumportaverint in Deserto Vide et Act. 7:43.

Veteres Gentiles Capsulas, ad formam Templi fabricabant, iisq; Dola sua inclusa circumportabant. Judæi Sukka dicebatur Tenta, secundum illud: Tenta Deorum

veli

Mortalium

Vehiculum. Circumportatio autem Vehiculi dicebatur Pompa. Multus in eo est Spenerus, ut si similitudinem ad fuerat inter Tabernaculum Leviticum et Tabernaculum Moloki.

Tota fiducia contendit Spenerus, ideo Deus concepit Israëlit. Tabernaculum facere; ut paulatim Israëlitas ab ijs Cultum pellicerat. Hanc ait: quod Israelitae omnium fere cum Saracenis, omnium Daemoniacum superstitionum fuerant originem sumpserint ab Aegyptiis, ut Circumcisionis, Templi, Tabernaculi, Sacrificii, Pontificis. etc. Jam vero hoc omnia uno ictu voluit Deus tollere; Sed per gradus voluit emendare, ideo Leges per Mosen populo praescripsit. Spenero suffragium jungit Cl. Marshamus Anglus. Sed ostendemus Speneri Sententiam esse inanem, Saraca Mosaica, uti Tabernaculi exercitationem, Circumcisionem etc. esse ex Speciali Dei mandato, non vero ab Aegyptiorum superstitionibus originem traxisse.

(I.) Ratio quia sollicite Deus cavit, ne quid humanae Sapientiae in exercendo Tabernaculo intercederet. Instar ejus Exemplaris Tabernaculi ipse Deus Mosi praescripsit, Coelitus praescripsit Exod 25: 9, et 40. Imo Artificibus ipsis, qui Tabernaculum fabricarent, Deus ipse peritiam indidit, Nominatim vocavit Bezaleelem, quem spiritu implevit, ac peritia, ut fabricare ex auro, argento lapide etc. Cui adjunxit Aholiabum etc. Exod 31: 2.--6. Et 36: 1.

Ergo

Ergo frustra contendit Spencerus: Mosen non jussu, sed tantum permissione Dei Deificaße Tabernaculum, et quidem non ad instar seu Exemplar a Deo ostensum, sed ad instar illud, quod apud Aegyptios viderat. Ut sic Moses occasionem Israelitarum opinioni et ingenio se se adcommodaret. Atqs hoc unicum Augustum sufficeret ad depellandum Spencerum, qui omnem dignitatem, Religionem, et auctoritatem Divinam Tabernaculi Levitici tollere contendit.

(2.) Si (.) non jussu instituq3 sed tt. permissione Dei (..) Si non ad Exemplar Divinitus ostensum, sed ab Aegyptiis hausturus. (..) Si ideo tantum, ut (capro Israëlitarum ingenio Conniveret Deus, fit exercitium Tabernaculum Leviticum, tum Tabernaculum nullam vim Typicam et Mysticam haberet, omniq3 hoc pacto Theologia nostra Typica occultis amiculis subtraheretur.

(3.) Hoc Tabernaculo fruendo abstrahere voluit populos Deus animos Israelitarum ab Idololatria, quam ut ab Idololatriam ipsis conniveret. Nam Veteres Gentiles non humili loco, sed in Excelsis semper Diis suis faciebant Sacra. In excelsis enim putabant Deos suos habitare, non humili in loco. Deus autem humile Tabernaculum jussit sibi fabricare, idq3 non in Excelsis locis.

(4.) Lucos opacos, Nemora, flumina, fontes, et similia loca, ab hominum frequentia remota, a Diis inhabitari, sicq3 aliis locis sanctiora Gentiles credebant esse et Venerati

catio, cultuq religioso digna. Vide Senec Lib. 5. Epist. 41. ~~Deum fui Hominis Cultum~~. Hinc quoq arcebant animis Israëlitarum Deus eradicare voluit, Deum sui Hominis cultum, non talibus lucis, nemoribus, fontibus &c. alligavit, sed Tabernaculum sibi erigi jussit, in quo habitaret, idq loci expertis, omnium oculis expositum.

(5.) Arcq. Veterum Gentilium in animo radicata erat hac opinio, quod Agri, horti, Vineta, foecundiores per Templa, Delubra, et Abaria reddantur; ideoq Templa, Delubra et Abaria in quibus Numina sua colerent, in Agris exercuerunt, ut sic Agri foecundiores reddantur. Horsum alludit Hos. 12:12. Abaria eorum sunt tanquam acervi per porcos Agrorum meorum. Hanc Gentilium Superstitionem exprimit Libanius Orator Gentilium, in Orat. sua de Templis, in qua acriter in Christianos invehit, quod ii auspiciis Constantini Magni Templa, Abaria &c. Gentilium in Agris everterint, sicq taliter Agros reddiderint foecundiores. Huic quoq pestilenti opinioni ob viam Deus ivit voluit inter Israëlitas, quando duo R. Abaria sibi fieri jussit aureum et Aureum, eoq in Tabernaculo portatili, non in Agris hic ibiq. Ergo frustra cum Antiquitatum peritia percrat Spencerus, Sacra enim Mosaica non ex Veterum Gentilium imprimis Aegyptiorum superstitione hauserint Israëlita, sed a Deo acceperint. Deus certe omnibus viribus in id incumbebat, ut Gentilium imprimis Aegyptiorum superstitionem animis Israëlitarum evellat.

(H) ds

(♀)-do Postquam satis debellatus Spenerus, dabo veras rationes, ob quas Deus jussit Israëlitis Tabernaculum exigere. Rationes illo sunt. (☿) Oeconomica. (☽) Mystica, ubi jam sub manum veniet etiam Mystica Tabernaculi significatio.

(☿) Rationes Oeconomicæ spectant ad. V. Hum. Quippe (a) Exigi Deus voluit Tabernaculum, ut Palatium quoddam Regium, ut Regimen suum Theocraticum lucentissimis signis ostenderet inter Israëlitas. Erat Tabernaculum exercitum Regaliter, adeoque enim hoc in Tabernaculo omnia, quæ in Regio Palatio esse debent. (1.) Erat Structum ad instar Coelestis, quod Deus præscripsit. (2) Splendebat vasis naturâ et arte insignibus. (3.) Habebat varia Receptacula. (4.) Atrium extrinsecum populo parebat ad preces votasq; ibi peragenda. (5.) Cultus ibi super Altaris aneo, et quasi Salutatio Dei quotidie erat. (6.) In Sanctis confistebant Sacerdotes, ut purificati et intimo administrationis Ministri. Illic (·) Candelabrum 7 Lapidibus instructum (··) Mensa aurea pane vinoq; referta. (···) Altare aureum pro Suffitu. (7.) In intima Tabernaculi parte, scilicet S. Sanctum Solium Dei, ut Regis Coelestis, magnificentissimum (·) quo ingredi solus Pontifex poterat, semel tantum in Anno. (··) Conjuctus Rex Coelestis responsa dabat ex S. Sanctum, Votis precibusq; annuebat. (···) Inde tanquam ex Adito venerabilem se fidis præbebat, ut adeo vere dicatur Psal 99: 1. Jehova Rex insidet Cherubinis, contremiscat Terra.

Ita

Ita Reges Orientis sua habebant Tabernacula ex quibus se Populo ostendebant, Responsa dabant. Tabernacula eorum erant in altum surgentia, aureo obducta. Unde κεφαλαι ὑψηλαι aurei Culmi vocabantur, Quasi Luminum Fercula Habitacula. Atque ob responsa + Dari inde a Regibus + solita, dicebantur Tabernacula illa: ἐπιφανεις, ἡ χρηματιστικαι δικυναι. Illustria et oraculorum Fontoria. Quo Nomine Ptolomei Evergetis, Regis Aegypti Fontorium insignivit Polybius.

Neque Magistros Hebdomum fugit Oeconomica hoc Tabernaculi Ratio. Abarbanel certe confert hoc Tabernaculum cum Palatio Regio. Cujus verba sunt: Exigi Deus voluit Tabernaculum, cum suis Vasis, non ut si iis indigueret, sed ideo, ut in iis Regem populi sui ostenderet. Vide Vitrium de Tabern.

(aa) Altera Ratio est etiam Oeconomica vel bellica potius, paritèr ac V. Frum spectans. Ideo Deus Tabernaculum exigi voluit, ut illud esset prætorium veluti in quo Deus ut Rex et Imperator habitaret. Deus enim erat (•) non tantum Legislator populi sui, sed etiam Dux et Imperator bellicus. (••) Non tantum legibus eos domi gubernabat, sed etiam in bello iis præibat in Columna N. et I. eosque contra Hostes defendit.

(†.) Rationes Mysticæ Tabernaculi: Ubi (*) ostendam Tabernaculum habuisse vim Mysticam. (**) Anti Typum ejus

Dabo

Dabo. (***) Magistrocaum Commenta quadam proferam

(*) πνευματικὴν δὲ λαὼδιν Spiritualem Significationem Tabernaculi his Aegtis ostendam.

(1.) Instare seu Exemplare Tabernaculi Deus Mosi in Monte Sina ostendit, secundum quod Tabernaculum fabricatur, Exod 25. Hebr 8: 5. Ergo Spiritualis rei figuram gessit Tabernaculum. Do firmari potest inde quod Defalcatis magis, quam Mosis et Aaronis Arbitrio fabricam Deus comisit.

(2). Quod non ut in genere, sed in Specie Deus Tabernaculum descripsit, ut ejus vectes, clavos, afferes &c. Ergo sub Tabernaculo ejusq3 Partibus res Spirituales latere Deus voluit.

(3.) Descriptionem Tabernaculi non semel ut exquitur Moses, sed plus vies Singulis repetit; et longe prolixiore stilo describit quam Historiam Creationis. Creationi Mundi unius alterumve Caput impertit, Sed descriptioni Tabernaculi plurima, ideo quia Exactio Tabernaculi Levit. est Typus et Exemplar novae Creationis, opusque gratia adumbravit, quod certo respectu majus et gloriosius ejus est opus operae naturae, plures enim inde Virtutes Dei elucescunt, quam ex opere naturae.

(4.) Apost Hebr. 8: 5. et 9: 9—11. Auctr Typum Tabernaculi describit, illudq3 ad patlat Coelum, non manufactum, quale erat Mosis Taber. quod Coelestis Tabernaculum ex ung desumtus est, post quam Redemptionem nactus est Ex his patet: Tabernaculum habere Signif. Mysticam.

(**)

(**) Exhibendus jam est Antitypus Tabernaculi Levitici. Exod 29: 45, 46. Habitabo inter filios Israëlis, ac ero illis Deus, experientesque me esse Dñum Deum ipsorum, qui eduxi eos ex Terra Aegypti, habitabo que inter eos. Ergo Tabernaculum hoc cœlo fuit Schechina, præsentia Dñi inter Israëlitas Signum. Qui ergo hoc sacrio perpendebat, sentiet Tabernaculum Levit. adumbrare hoc duo (¥.) Humanam Christi Naturam. (¥.) Ecclam N. Testamenti.

(¥.) no figurabat humanam Christi Naturam. (·) Esa 8: 14. de Christo dicitur. Cum sacro offendiculo utriq; Domus Israëlis, Jes Credentibus לְמִקְדָּשׁ in Sanctuarium i.e. olim in Carne adprehendit, et Credentes sanctificabit donis Sp. Sancti. (··) Zach. 2: 10. Canta et lætare filia Sionis, quia ecce venturus sum et figam Tabernaculum in medio tui, i.e. habitabo in medio tui. Est hic allusio ad Tabernaculum Levit. in quo Deus olim habitavit in medio Israëlis. Eo ducit τὸ σκηνοῦν. Cujus eadem origo quo τὸ σῶμα quod est Nomen Tabernaculi. (··) clarissimus est locus Joh. I: 14. Sermo caro factus est καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, et habitavit inter nos. pp Tabernam fixit.

Analogia inter Tabernaculum Levit. et Christi Corpus (†) Tabernaculum Levit. erat Sedes et Templum portatile, in quo Deus habitavit. Ita humana Christi natura erat quasi Templum portatile, in quo Deitatis plenitudo habitavit, σωματικῶς Corporaliter, i.e. reipsa, solide, non tantum umbratice ut olim in Tabernaculo. Ita ut jam hodie in N. T. gloriosam suam præsentiam

tiam

tiam rverca omnibus ofentet, non R. umbratica ut olim. (≡) Tabernaculum Levit. extus vile, intus auro ornatum erat. Ita Xs externa nulla specie pulcritudinis alios excellebat, nam ait de se Psal. 22: 7. Ego vermis sum non Vir, opprobrium et contemtus populi: Quippe qui formam servi induerat Rom 8: 3. Hinc Carnales Judæi eum contempserunt Isa 53: 2, 3. Intuebamur eum, sed nulla ei Species da. Verum intus suo splendebat Divinitate, Pulcerrimus omnium filiorum hominum Psal 45: 3. Cant. 5: -8--14. (≡) Erectum erat Tabernaculum in Defecto, et ab omnibus Israëlitis conspiciebatur. Ita Xs Corpus suum assumpsit in Defecto, nam Status et Conditio Gentis Judææ erat instar Defecti cum Xs natus est. Isa 40: 3. Vox clamantis in Deserto, parate viam Dñi &c. et 20: 35. Introducam vos in desertum populorum &c. (≡) Sacerdotibus erat Tabernaculum, veluti Habitaculum quoddam, ibi ambulabant, et contra aëreas injurias illic se defendebant, sæpe peregebant. &c. Ita qui in Xto habitant tuti sunt, sentes pericula vident Psal. 27: 5. Colos 2: 6. (≡) Tabernacula varia in loca deportabatur. Ita Xs, ubi Munus suum publicum auspicatus, nunc in Samariam, Galilæam, Judæam, nunc ad Montes, nunc in Civitates populosas fugit. (≡) Tabernaculi partes dissolvebantur populo itur faciente, et populo requiescente componebantur. Hoc exprimit Xti Mortem, et 3-io die factam resurrectionem. Joh 2: 19.

Sol

Sobrius Templum hoc, et 3io die illud re ædificabo. (☧) Tabernaculum Dei nunc in Montem delatum est: Ita Xs in Coelum ascendit. 7b. Analogias inter Tabern. et Humanam Xti Naturam, fupius tradam, quum de Partibus Tabernaculi agam.

(✠) do. Tabernaculum Levit. figurabit Ecclam N. Jti. Esa 54:2. Dilata Tentorium tuum, ne parce, prolonga funes, et firma paxillos. Ubi describitur Incrementum Eccle N. Jti per totam terrarum Orbem, quod Evangelium non uni L. loco, non L. uni terræ habitabili Angulo affigetur, sed diffeminatur ad omnes Gentes et fines terræ, adeo ut arctus illi terminus non figatur. Do probant Verba: dilata, extende, non parce. (..) Apost. ad Hebr. 8: et 9. appellat Xtum Sanctuarii, et Veri illius Tabernaculi, quod non homo sed Deus fixit. i.e. Eccle N. Jti Minister.

(∴) Deus dicitur habitare in Eccla tanquam in Domo 2 Cor. 6:16. Vos estis Templum Dei vivi, habitabo in vobis. (∴) Ezech. 37: 26--28. ponam Sanctuarium meum in medio ipsorum, ut existente Tabernaculo meo apud ipsos, sim ipsis Deus. Et cognoscent Gentes me Jehovam, sanctificante Israëlem, cum erit Sanctuarium meum in medio ipsorum. Quo Verba tanquam ad Spirituales Israëlis restaurationem spectant. Commode tamen referri possunt ad Universam Eccl N. Jti. Cujus partem novissimis diebus Israelita seu Judæi facient, cum ad Fidem et Gratiam adsumpti fuerint.

Obs. Sequentia: Et Tabernaculum et Templum Eccl N. T. figurabat, sed diversis in Periodis N. Jti. (*) Tabernaculum fuit Typus Eccl N. T. sed nascentis fere, et sub variis Romanis persecutionibus gementis, jactatæ, huc illuc fugientis

gientis, et varia in loca translata, et vasto in Imperio Rmo infare Tabernaculi obscurantis. (**) Templum Salomonicum, quod Tabernaculo successit fuit pariter Typus Eccle N.T. Sed sub Constantino Mag. et deinceps florentis, quando Ecclia N.T. liberata a persecutionibus Gentilium, cepit caput efferre, et optata pace frui. (***) Templum Zorobabelis, i.e. Templum Z-dum, auspiciis Zorobabelis, per Judeos ex Captivitate Babylonica reduces dificatum, expinxit Ecclam N.T. Protestantiam, per Reformatores ex Mystica Babylone educatam, fil. ex papismo, et natura. i.e. Apostolice pulcritudini restitutam. Denique (****) Templum Ezechielis Cap. 40. et seq. ab Ezechiele descriptum, adumbravit fore Ecclam N.T. in novissimis diebus futuram, quæ longe lateq; per totum terrarum Orbem orbem erit diffundenda. Hoc breviter tetigisse sufficiat, cætera suis locis.

Analogia inter Tabernaculum et Ecclam N.T. (†) mo. In Tabernaculo Deus magnifice habitabat, ita in Ecclia N.T. (‡) do Tabernaculum dificatum est ad instar a Deo Mosi præscriptum. Ito Ecclia N.T. dificata est ad illud instar, quod definitum est in æterno pacis Consilio. Zach. 6: 12, 13. Vir ille cujus Nomen Germen, dificabit Templum Dei: quibus verbis hoc subjiciuntur: Et demonstrabitur Pacis Consilium quod inter duos istos, fil. Patrem et Filium, jam ante secula excogitatum. (‡) io Ad publicam Tabernaculi excectionem Israëlita, quisq; sponte offerebant

va

varia dona, alii aureum, alii argenteum, alii laneum etc. Ita Eccl. N.T. edificant, alii dono prophetiae, alii dono linguarum etc. 1 Cor 12: 4. seq. (☥) Tabernaculum extus vile, intus ornatum fuit. Ita Eccl. N.T. extus nullam speciem habet, nam non sunt in ea multi sapientes secundum carnem, non multi Nobiles 1 Cor 1: 16. Sed intus gloriosa est. Psal 45: 14. Spiritus donis ornata Cant. 1: 5. Nigra sum sed pulcra (☥) to. Tabernaculum consecratum fuit sanguine victimarum, omnia ejus vasa sanguine conspersa, et oleo inuncta fuere. Hebr: 9: 21. Exod 40: 9. Lev. 8: 10. Num 7: 1. Ita Eccla N.T. fundata est sanguine Xti, et omnia Eccl. membra oleo Sp. Sancti inuncta sunt. Ideo fideles N.T. dicuntur χρίστοι. Reliquas analogias mitto. Huc fer loca Apoc 21: 3. Zach. 14: 9. Ezech. 37: 26-28.

(***)-io. Audam ex Commentariis Magistrorum in medium proferam. Cogitationes Judaei suis in Scriptis agnoscunt, per Tabernaculum figuratas fuisse res Spirituales et plane Evangelicas. Multa tamen requiruntur circa Tabernaculum, considerantes illud, ut Mundi hujus aspectabilis Delineationem, adeo, ut (•) S.S^{tum} Forum in Tabernaculo repraesentet Coelum supremum; Idem Angelorum et Beatorum. (••) Atrium Tabernaculi, Orbem terrarum. (•••) Mensa aurea cum 12. Panibus propositionis, 12 Signa Zodiaci. (••••) Candelabrum aureum cum 7. Lapidibus, 7. Planetas. (•••••) Cortinarum 4. Colores, 4. Mundi Elementa. His Calculum adjungit Joseph. Antiq. Jud.

L. 3.

L. 3. C. 9. Hoc febricitantis cerebri somnia arguunt Gentis Judaeae, nihil hic de Messia in Cista N. T. habitatione meditantis.

Catecheseos Patriarchalis strictiores quasdam hic asserunt Judaeorum Magistri, quum instar seu exemplar illud, secundum quod jussit Deus Tabernaculum fabricari, dignatio explicant, dicentes: Instar illud Tabernaculi Coelitus Mosi ostensum fuit effigies Messiae, seu Imago, quod in Throno Majestatis Dei ad Scabellum pedum Dei posita fuit. Hoc vero ita factum Judaei tradunt: Cum in Aegypto Judaei lateribus parandis nimium adfligerentur; factum est, ut quidam Mulier Judaea praegnans praeo nimio labore abortum inter laborandum peperit, cui foetus super lutum lateris excidit. Angelus Gabriel lutum illud in latericum jam aptatum, super quo effigies elapsi foetus conspiciebatur, detulit ad Thronum Dei, quo palam ostenderet, quantopere Israëlita in Aegypto adfligerentur. Tum Deus latericum illum mutavit in Saphirinum lucidissimum. Dein Messiae imaginem ei impressit, ac in perennem memoriam, hoc monimentum suo Throno adpendit. Atque hanc lateris effigiem dicunt Judaei esse illam, secundum quam jussus est Moses Tabernaculum fabricare.

(E.) to Ecce est ut agamus de Excelsis, eorumque Usu. Ubi ostendamus (1.) quid per Excelsa intelligatur (2.) Species Excelsorum diversas dabo. (3.) Definiam quaestionem quo

Phi

Philologos exercet, an fuerit aliquis Excelsorum Usus, postquam Moses excexit Tabernaculum? et an fronte Tabernaculo liuitans fuitit nec ne vera Sanctam Deo facere in Excelsis.

(4.) Excelsa propriè sunt loca Editioca, summa Montium juga הָרִים dicta a רוּם. Unde Gedeum pro Montes Abarce veniri putatur. Improprie verò sunt Summo potestates, Regum, Principumq; eminentia. Hinc Phrasi Orientis et S Sancto: Calcare excelsa, est summam potentiam subjugare. Hac phrasi usus Moses, Israëli benedicens: Beatus est Israël &c. proferuntur hospes tui בָּמוֹתֵימוֹ תִּדְרֹךְ׃ super excelsa eorum calcabis, i.e. potentiam tyrannum hostium subjugabis. Quia verò Veteres Gentiles Templa, Altaria &c. ad Colenda sua Numina in excelsis Montibus solebant edificare; hic per Excelsa intelligimus summa Montium Cacumina loca Editioca, Cultui religioso sedesq; Sanctis dicata.

(5.) Videnda diversorum Excelsa Species. S. Sancta duplicis Generis Excelsa dat (a) Excelsa Gentilium (b) Excelsa Israëlitarum.

(a.) Excelsa Gentilium: ubi ex Antiquitatibus exuenda sunt rationes ob quas Gentiles Excelsa loca Diis suis Consecrarunt.

(1.) Princeps Causa hoc fuit: quod Montium Cacumina, præsertim silvis et opacis nemoribus obsita a Diis inhabita ri Veteres credidercant Gentiles. Obscuritas enim talium locorum sacrum quendam horrorem videbatur adfundere. Vide Senecam in hanc rem Lib 5: Epist. 41. Ubi paucis verbis projectorum Mortalium Vesaniam sic Com

plecti

plectitur: si tibi vetustis et solitam altitudinem egressis arboribus frequens obsitusq; locus occurrit, ubi conspectus coeli densitate ramorum submovetur; illa silvae procerita, et secretum luci |: vel loci :| Numinis deum tibi faciat. Addit porro: Magnorum veneramur luminum capita, Solimus aquarum Calentium fontes. Adde Plinium Hist. Nat. L. 12. C. 1. Lucos, luorumq; silentia adoramus, nec non arborum Genera Numinibus sacrata, ut sunt Aesculus Jovis, Laurus Apollinis &c. Vide et Silium Italicum hanc in rem. Ejusmodi quercus describit Virgil. Georg. L. 3.

Si tibi magna Jovis antiquo robore quercus,
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum,
Ilicibus crebris, sacra nemus accubet umbrâ.

Vide Servium in Notis ad Virg.

Ovid. Metam. L. 4.

— — atque hunc frondenti vertice collem
Quis Deus, incertum est, habitat Deus — —

Hoc ideo adduximus, quod multum faciant ad intelligenda Prophetarum scripta, quod sepe Judaeos percingunt. quod ii Colles, Umbrosaq; Montium juga sectentur, atq; sub omni arbore frondosa et opaca Dolis sacra faciant. Infra autem omnium fit Hos 4: 13. Super Montibus Sacrificant et super Collibus accendunt fumum, sub quercu, sub ulmo &c. feoctantur. Talis arbor Hebraeis dicitur [illegible]

vel

xeditur a Lexicographis, pro Speciem Vt. et Conjecturam: arbor viridis Deut 12:2. Psal 37:35. quod putent: nil ad Deus et laudem arborcis magis conferat, quam vigor, et fucus copiosus. Hobis radix ⸗ Cujus vis primig. in S.S. usurpiam occurrit, ex Arabico sonat non Viride, sed patulum, prolixum, longe lateque diffusum: unde ⸗ nobis est arbor patula, longe lateq; diffusa, talibus sub arboribus credebat stulta vetustas Numina hospitaci; nam Vigor, Viriditas, etiam in frutetis, et parvis arbuculis inest, in iis tamen Numina hospitaci Vetercs non colebant, sed in patulis et diffusis tantum arboribus.

(2) do Deo Veteres excelsa loca pro Numinibus Colendis qualiscunt, quod stulte putarecint: quo Celsiore in loco Deos suos orarent, eo facilius et citius preces suas a Diis exaudiri, quo ipsi propiores Coelo essent orantes. Vide Lucianum.

(3) io Nefas ducebant Veteres Deos suos parietibus tectisq; includi, locum igitur patentiorem a Diis amari censebant, ideo excelsa Montium qualiscunt, quibus stolata sua adorarent. Hunc morem Persis receptum fuisse docet Herodotus Lib I. Quos dicit Templa, Sacella, Aracsq; non habuisse, imo Persas vitio eos, qui Deos Templis, Delubrisq; includerent, Aricsq; alligarent. Diis enim omnia debent esse libera, totusq; Mundus pro Templo Dius est. Hunc morem veteribus quoq; Germanis receptum fuisse docet Tacitus, Lib 4.

Deum Excelsis delectari Israëlita quoq; stulte sibi

per

perspexerant. Vide Jerem 2:20. et 3:6. Unde Ups venit in Vocabulo רכב quod pp notat Excelsum seu Culmen Montis, Celebrari apercit pro Arca excelsa, quo multis gradibus esset Conscendenda. 2 Chron 28:25. Achaz omnibus in Urbibus Juda condidit רכב Abarcia, quibus Diis alienis suffitum facerent. Talia fuerunt Abarcia Baalis, structa in altitudinem, in Valle Hinnon Jerem 32. 35. Ad ejusmodi Abarcium altitudinem allusit Esa 16. cum Conspiciendum se præbuerit Moab, Delapatura רכב i.e. Delapatura ob nimiam altitudinem Abarcis, cum tam celse conscendit. Adeo æstimabant Veteres altitudinem Abarcium, ut ipsi quoque Reges, ut majorem sui memoriam posteris relinquant, summo altitudinis Abarcia exigebant. Ita Alexander Magnus insignis Orientis Domitor, ubi omnia domuerat, Victorias suas claturus, et memoriam suam posteritati relicturus, 12 Arcas construxit, 50 Cubitos altas, Vide Curtium, et Diod. Sic. L. 17. Ita Hiero Rex Syracusanus fecit. Jux xim quoque Babylonicam inter Excelsa Gentilium Viri docti recenset. Et Spenerus Picamides Ægyptiacum in Gentilium Excelsis numerat. Cui vim roburque addit Lucanus: Votoque Picamidum Celsos solventur ad arcas.

(b.) Videnda sunt jam Excelsa Israelitarum, ipsi vero Deo ab Israelitis consecrata. De ejusmodi Excelsis videtur fonare locus 1 Sam. 9:19. et 1 Reg. 3:2. In priore loc

loco dicit Samuel ad Saulem: Ego sum videns, conscende ante me illuc Excelsum. X. 25. postea descenderunt ex illo Excelso. Posteriore autem loco dicitur: Israël sanctificavit בְּבֵית in Excelsis; quia Nomini Jehovae nondum erat Domus ædificata, ad hos usque dies. Hoc sufficiant.

(¶.) Videnda est quæstio; quæ Philologos exercet: scil. An postquam Tabernaculum Moses erexit, licitum fuerit Israëlitis Sacra Deo in excelsis facere? Multi negant licitum fuisse, nisi Argumento Jos. 22: 23. Ubi Rubenita Gaditæ, et pares Menassitarum sic ad Coetercos Israëlitas loquuntur: Absit, ut ædificemus Altaria ad Holocaustum exceptis, quod est ante Tabernaculum Jehovæ: ex quibus ita videtur: Stante Tabernaculo licitum non fuisse in Excelsis Sacra Deo facere, nisi in Tabernaculo tantum. Item ad Loca Judic 6: 26. Ubi Gideoni jubet Deus, ut Altare struat et sacrificet. 1 Reg 3: 2. dicunt: Sumo quidem Voluisse Sacra sibi offerri in Tabernaculo. interdum hunc illumve locum Specialem concepit interdum et ostendit pro Sacris sibi offerendis. Hoc tamen ipso non sequitur Deum in Excelsis delectatum fuisse. Ita stante Templo non licuit Deo Sacrificium offerre nisi in Atrio Templi. Concepit tamen Deus Elia stante Templo, ut is Sacrificium Deo offerat in Monte Carmelo 1 Reg 18. Urgetur ad hæc Locus Deut 12: 2, 3, 4. Perdite omnia loca illa, non facite sic Deo vestro. Ubi

ajunt

ajunt Vici Docti. Voluit quidem Deus, ut in Excelsis sacrificia Ei offerantur; interim permisit Israëlitis ut in Excelsis sacra Ei offerant, post extructum etiam Tabernaculum, cum adhuc Tabernaculum erectum fixumque sibi Deus nondum voluerat. Verum ajunt: Postquam Templum exectum est plane licitum non fuit in Excelsis Deo sacra offerre.

Hostica Epiphanii est: Cum ante tum post exectum Tabernaculum fiebant Deo sacra in Excelsis et quidem volente Deo jubenteque; sed ita ut superstitio Gentilium inde exclusa fuerit. Ita alias Sacrum Deo fecit in Carmele, ita et Gideon Judic 6: 26. sed jubente specialiter Deo, non vero more Gentilium. Mos enim Gentilium in Excelsis sacrificandi nec ante Tabernaculi exectionem nec postea unquam placuit.

Digna est Meditatio Celeberrimi Angli Lightfoti, qui ait: Excelsa Israëlitarum non alium in finem, quam publicis eorum Conventibus destinata fuisse, nempe tam ut Sacrificia in iis Deo offerent, quam ut in Excelsis Templo vicinis Canticis celebrent, aliisque Sacris exercitiis vacarent, Festis imprimis diebus. Unde originem Synagogarum Vir Doct. repetit. Utinam omnium Anglorum ingenia tam sana, sacrisque meditationibus, tam

sub

subacta essent, ut digfoti ingenium erat.

CAPUT. 4.

DE ATRIO TABERNACULI.

Egimus cap. 3 De Tabernaculo Ejusq; Ratione Oeconomica reliquum V. Fri. et Mysica reliqua 18. Fri. Hinc jam

1.-do Speciatim Tabernaculi conspectum dabo: Ubi ingressi hanc Aedem Sacram, scil. Tabernaculum, dabimus: (α) Vocis ⁊ɣ⁊ Atrii Originem. (β.) Atrium describemus. (γ.) Contenta Atrii, ut Altare Aneum, et Labrum Aneum. (δ.) Mysterium hocum in Velaminis contentum pandemus.

(α.) Atrium exprimitur Voce ⁊ɣ⁊ Ejus Vocis prim. in Sacris mysticis occurrit. Arabes eam dant quibus ff. est secludere, ab aspectu usuq; Vulgari removere. Hinc quadrat appositime ⁊ɣ⁊ ff quasi secludens, muniens, septimentum. Atrio quadrat appositime notio secludendi, quod sit locus a Vulgi conspectu remotus.

(β.) Definitio Descriptionem Atrii recudit Moses Exod 27:9. et 38:9. seq. Ubi videre est: Atrium fuisse locum subdialem, spatiosumque. Ejus Longitudo Cubitorum 100. Latitudo Cub. 50! Secludunt erat Atrium a S. S^{to}rum mansionibus velis, seu Aulaeis, quae 60 Columnis adfixa fuerat. Ex his 60 Columnis ut Auctor ait § 1. 20 destinata erant lateri meridionali. 20. Lateri boreali. 10 Lateri Orientali.

§ 1.

10

10 verso latere occidentali. Quarum 4. constituebant portam, et 3 hinc, 3 verso inde fuerant collocata Columnæ, circa portam.

Multorum v. D. est opinio, has Columnas totas fuisse æneas. Deum fecit et Auctor noster in I ma hujus operis sui editione. Sed tandem editione 3 tia suam illam opinionem mutavit. Ubi interim hunc excorcem suum celavit: quod tantum Bases Columnarum fuerint æneæ, totæ vero Columnæ, exceptis Basibus æneis, fuerint argento obductæ. Verum pace Viri Summi, dicimus: tantum capita Columnarum fuisse argento obducta, in reliqua parte vero Columnarum adhibetur a Mose vocabulum: ⁵ש׳ן ⁵ש׳ן ⁵ש׳ן ⁵ש׳ן a Rad ש׳ן cujus vis primaria periit.

Rabbini per ⁵ש׳ן ⁵ש׳ן ⁵ש׳ן concipiunt Fascias, Tenias, i.e. Circulos quosdam argenteos, qui Columnas vestiverint et pulcro ornamento cinxerint. S. Coccejus intelligit perticas ingectas Tabernaculo.

His Columnis adpensa fuerat Vela, quæ reticulata seu foraminibus vestita fuisse. Magistri narrant, ut qui extra Atrium erant, illi per hæc Velorum foramina potuerint Atrium intus spectare, et Sacrum Cultum, intus peragi solitum, oculis videre. Hæc opinio non modo Judæorum Magistris, verum etiam Christianis Doctoribus alte insederat, quæ tamen minime vera. Principio Rabbini causa sua præsidium in voce

⁵ש׳ן ⁵ש׳ן ⁵ש׳ן

□ⁱˢ ☿ ♑ operca reticulata, ocellata, foraminibus infrenc-
ta, unde et fundas foraminosas, lapidibus ejaculandis in-
servientes notat. ☿♑ Certe nec fundas, nec operca reti-
culata notat, sed notat vela majora, pp vela nautica,
quo nemo reticulata seu foraminosa ese dixit, quin num-
quam vela nautica vidit. Ita vela quoqs seu Aulea Ta-
bernaculum cingentia ideo erant parata, ut prospectum,
extra Tabernaculum patentem, prohiberent. ergo absur-
dum est illa vela foraminosa fuisse. Dixi supra Atrium
vocatum fuisse ⅂ⅇ⅂⅂⅂

se se offercebat, Ubi dabo (a.) Situm Altaris. (b.) Materiam §4. (c) Formam §. 5. (d.) Usum Altaris §. 6. (e) Aqua de Igne, qui in Altari ardebat § 8.

(a) Situm Altaris describit Moses Exod 40: 29. Erat id in ipso Atrio, versus Orientem, non longe ab introitu.

(b.) §. 4. Materia Altaris, fuit Lignum Sittim. Hebr. dictum ׳שִׁטִּים pro ׳שִׁטִּין ut ׳עֵצִים pro ׳עֵצִין Rad ׳שׁטן dentatum esse, quod fuerit arbor spinea, dentata. Materia lignea Altaris fuit arca obducta Exod 27: 2. ne ex perpetuo igne, qui in Altari jugiter ardebat, combureretur. inde dictum Altare Aeneum, 2 Chron 1: 5. Res miraculo non caret, quod ob ignem vehementem et perpetuum, nec ipsum Os Altaris fuerit ligneo factum, nec lignum arca obductum fuerit combustum, licet superne arca fuerit obductum. Imo quod Os ipsum negs candere unquam visum est. (*) Rabbini hic ad prodigium et potentiam Dei manum recurrerunt. (**) Nos difficultatem commodius expedimus per singularem Altaris structuram quippe inter Os ipsum et lignum erat intus cavitas ingens, ergo lignum inter Os comburi non potuit. Aes quoq; non potebat ligne fieri, quia omnia ita erant in superficie Altaris ordinata, ut ignis vis et vehementia ad latus Altaris arca obductum non facile penetraret. (**) Alii dant cavitatem inter Os et lignum arcta fuisse completam hac ratione

hunt

hunt locum Exod 20:24. Ex terra facies mihi Altare. Verum illic agi patem non de Altari Mosaico; nam Scopus Dei illic est, ut Idolatriae libidini obicem ponat. Ergo loquitur Legislatore de Aris seu Altaribus quibusamqs et ante et post exstructum Tabernaculum. Semper est loci: fixes posse tuberet, ut quis Altare deberet exstruere, tum jubet Deus, ut illud Altare exstruatur ex nudo agrite; vel si ex lapide deberet, tum ex rudi et non polito lapide structure, sive omni pompa, ne nimia veneratione Altaris veluti aventur more Gentilium, excepto Altari Tabernaculi, Vide P. Vitring. Obs. L. 2. C. 14.

§. 5. (C) Forma Altaris. Erat Altare (·) Longum Cubitos 5. (··) Latum Cubitos 5. Exod 38:1. (···) Altum Cubitos 3. Intus Cavum, opere reticulato instructum. Habet in 4. Angulis 4. Cornua non separabilia ab Altari, nam 4. Cornua ex ipso Altari erant contigua opere effabricata Exod 27:2. Ex ipso Cornua ejus puncto. De voce קרן multa hic Philologi disputant; quae omnia mittimus, dicimusqs cum Rabbinis: Cornua illa altaris erant quasi Parva Pyramides ex 4 Altaris Angulis recta adsurgentes. intus Cava, superne vero aperta seu foramina habentes, ut victimarum sanguinem et libamina adsusa excipere possent, ut ex Cornibus intus defluant ad basin Altaris. Ergo Cornua Altaris erant non deflexa ut Capreolum Cornua, sed surgentia erecta. Obs Gentiles quoqs sua Altaria habebant Cornuta. Imo

ipsis

ipsissimorum sepe Animalium, ut Caprearum, Bovum &c. Cornua Aris suis adplicuerunt. Perverse conatur Spencerus Altaris Mosaici Cornua ex Gentilium superstitiosis fontib⁹ derivare.

Quoniam Philologorum dijudicanda: quid sit ratio quod Deus hoc suum Altare Cornutum esse voluerit, cum inprimis et Gentiles Cornuta habuerint Altaria. In varias Sententias abeunt Critici. (†) Ridiculus est Villalpandus, qui ait: Cornutum Deus voluit esse Altare suum ideo, ut animalia in Sacrificium adducenda Cornibus illis adpenderentur tanquam Scopoa, uti Carnes in Macello Clavis adpenduntur. Sed hoc ridiculum est, nam sic non tantum 4. sed plura Cornua debuissent in Altari fieri, nam una vice non 4 tantum, sed plurima Animalia in Sacrificium adducebantur, quibus adpendendis 4. tantum Cornua non sufficiunt. Denique ad Altare aureum nunquam adducebantur animalia in Sacrificium, ut ejus Cornibus adpendantur, tamen Aureum quoq⁹ Altare perinde sua habebat Cornua. (†) Vana quoq⁹ est Conjectura: ideo Cornua Altaris fuisse, ut si animalia reluctantia adducerentur ad Sacrificia, Cornibus Altaris alligarentur, nec ab Altari in fugam se se conicerent. Hoc firmant loco qui est Psal. 118: 27. Ligate festa Sacrificia ad Altaris Cornua. Verum in Textu Hebraeo non est ligate בַּעֲבֹתִים in Cornibus, vel בְּקַרְנוֹת ! Cornubus alligate, neq⁹ קַרְנוֹת

4ss ad Cornua, sed est: Ligate victimas, usqs ad Altaris Cornua. i.e. ligate victimas, usqs ad Altaris Cornua defecte, et interc 4. Cornua Combuscite. (ⵎ) Alii cenſent: Addita Altari deo ſuiſe Cornua ideo, ut ea Aſyli loco eſſent, ut homines capitali ſupplicio rei, ad Altaris fugientes, ejusqs Cornua arripientes inde abſtrahi non poſſint. Verum Sententia hoc fundamento deſtituta corruit, quip pe, non Altaria ſed ſex Urbes Leviticas, Deus pro Aſylis deſignaverat, trans eis Jordanem, ſcil. Chadeſh. Sichem et Chebron, trans verò trans Jordanem, ut Bezer, Ramot, & Golan. vide Exod. Altaria verò pro Aſylis deſignata ſuiſſe nuſpiam in S. Literis legimus.

I. Objectio 1 Reg 1:50. Adonia, metu Salomonis fugit ad Altare, ejusqs Cornua adprehendit. Reſp: (·) fugit ad Altare in caſu deſperato videns ſibi mortem immine-re, præſumens locum ipſum eſſe inviolabilem. (··) Reſp. Vana fuit hæc Adonidæ opinio, nam Salomon Eum Altari ex-trahi et interfici juſſit. Quod ſane Salomo minime fe-ciſſet, ſi Altare jure Aſyli gavisum ſuiſſet.

Nos cenſemus: Cornua Altaris ipſum habuiſſe Emble-maticum et Myſticum: Quippe apud Orientales Cornua fuerunt Emblemata et Symbola Potentiæ, Dignitatis, et Eminentiæ. Ita in Sacris: Cornua alicui exaltare vel de-primere, eſt alicujus potentiam exaltare vel infringere.

Hic

Hic campus pro concione dicenda patentissimus. Hinc explica cornua Danielis et in Apokalyp. cornua Sefrid. Exant cornua Regum insignia et Religionis indicia, ut apud Persas. Alexandri Magni quoqs insigne erat cornu. Vide Nummismata in quibus Reges cornibus frontem insigniti videntur, ut Ammon, Isis. Bachus, Jupiter, dictus Cornigero. Ita Abaxis cornua nihil aliud quam Eminentiam, Majestatem, et Religiosam Abaxis Sanctitatem notasse, nobis constat. Ut hoc ipso innuatur Israëliti summa cum veneratione, non illotis manibus, non cum Sonis vilibus, ad Abaxe hocce accedendum esse.

§. 6. (d.) De Clivo Abaxis. Dubitare sane possumus an Abaxe habuerit Clivum. i.e. Gradus Ascensionis et descensionis nec ne. Moses qui omnes Abaxis partes recenset, de Clivo seu Gradibus ejus silet. Clivus ergo originem suam debet Traditioni Talmudicae, ad solvendum nodum qui est Exod 20:26. Non ascendes Abaxe meum per Gradus, ne superetur turpitudo tua revelatur. Ex hoc multum negotii facessit Interpretibus, operae pretium ergo fiet fontem ejus breviter scrutari.

Magistri Hebr. derivant Clivum ex foedissimo Cultu Baal Peoris. Cujus mentio frequens in S. Litteris occurit. Turpissima sunt, quae de ejus Cultu traduntur, nec libet in praesenti istam Amaxinam movere.

Sub

Sufficiat verbulo monere quod Majmonides in Re bochim parte 3: Cap. 46. memorat: quod Veteres Gentiles Dal Deoi foeda faeientes, podicem |: fab. hon.:| et pudenda nudavercint. Ideo Sanxit Deus, ut Sacerdotes Israëlitae femoralia sibi conficiant, et ne Altare per Gradus conspiciercent. Fiunt qs hoc pacto Radicem ⁊ṡ, unde Derivo ⁊ṡ, est pp. diffiderce, denudare pudenda. Sed hoc est ne capa nuce quidem eruendum. Hobis ⁊ṡ ex Arab. est pp. hiarce in profundum. Hinc ⁊ṡ est vasus terrae hiatus, abyssus. Hunc Ugum et Hebredi habuercint pro ⁊ṡ Esa 5: 14. Sepulcrum se se dilatavit et os suum ⁊ṡ vasta voragine dispandit. Ergo ⁊ṡ ⁊ṡ est Dominus Abyssi, Jupiter Stygius, Princeps nochis et tenebrarum; Cujus Cultus in eo consistabat; quod mortuis Sacrificia obtulercint, i.e. Diis manibus, eorumqs Supremo Domino fil. Plutonis, seu Jovi Stygio.

Nos vericorem rationem damus, cur Deus voluit Gradus ejus ad Altarce fieri. (•) quia qui per Gradus conscendit, ejus verenda facile conspectui patent. Verecundiam ergo Sacerdotum curans Deus, voluit Gradus ad Altarce fieri. (••) Superstitiosum Gentilibus erat Esa Altaria fraequerce, quo per Gradus conscendercntur: hanc Superstitionem voluit Deus animis Israëlitarum evellerce,

ideo

ideo Deus non altum, qd adibus qz conscendendum, sed humile sibi Altare fieri iussit. Gentiles Diis superis celsa, Diis inferis vero humilia Altaria fecerunt.

Alii contra: et si formales Gradus ad Altare non fuerunt, fuit tamen aliquod Scabellum pedibus Sacer. dotum supponi solitum, cui Sacerdotes insistant, ut Sanguinem in Altari commodius percaperent. Verum et de tali Scabello S. Sacra silet. Addunt alii: tunc tantum non fuisse Gradus ad Altare, cum Sacerdotes nondum caligati fuerant, sed postquam ei femoralia et Caligas gestare coeperunt: etiam Gradus ad Altare facti sunt, nam tunc pudenda a Sacerdotum non amplius revelari poterant. Spencerus ait: pompaticos tt. Gradus demum prohibuisse, non vero necessarios.

§. 8. (e) Quinto agendum de Igne Altaris. Praeclarum summa dignitatis et Religionis Argumentum hic se se offert, scil. Ignis divinitus missus, loco perenni, incorruptoq; in Altari ardens. De quo Igne tali dicendum ordine: (*) Originem ejus inquirendum. (**) Durationem (***) Loca S. Sacra extantibus, in hunc Ignem allidentia proferamus. (****) Dubo Miracula, qua circa hunc Ignem contigisse Talmudici recadunt (*****) Ofendam Gentes quoq; plerasq; ejusmodi Ignem Sacrum summa cura et Religione asservasse.

(*.)

(*) Originem miraculosi hujus Ignis altius repetere nos fuerit. Historians et Originem hujus Ignis refert Moses Lev 9: 23, 24. Prodiit Ignis a facie Jehovæ et consumsit sacrificium et adipem. Sunt qui dicunt (•) Ignem illum e supremo coelo descendisse fulminis instar censent. ut Joseph. Hebet Antiq. Jud. Lib. 3. Cap. 9. (••) Alii censent: prodiisse ignem illum e S. Stoicus, nam per faciem Dei, unde Ignis prodiit, intelligunt. S. Stoicus; in quo Deus faciem suam, scil. Filium suum collocaverat. Hinc adire faciem Dei, h.e. adire Templum Dei, nimirum et propinquo venerari, quod in S. Stoicus supra Arcam Foederis sed locus citatus adaptatius nobis est excutiendus. Apparuit Gloria Jehovæ universo populo, exiitque ignis a facie Jehovæ, consumsitque in Altari Holocaustum et adipem. Sunt qui Apparitionem Gloriæ Jehovæ confundunt cum hoc Igne Miraculoso, divinitus misso. Sed perperam. Hæc duo distinguenda sunt. (+) Apparitio Gloriæ Divinæ exponenda est de lumine illo glorioso, quod in Columna N. et I. habitasse supra vidimus. (‡) Ignis verso a facie Jehovæ exiens est fulgor ille, qui ex lumine illo glorioso, mirabili quodam modo prodiit fulminis instar, et Altare petens Sacrificium et adipem consumsit, ut manifestum fieret Sacrificium illud Deo placere. Ergo Ignis in altari ardens jugiter prodiit

non

non e Coelo supremo, nec ex S. Storcum. Sed ex Columna N. et Ignis, quo Dei praesentia populo confirmabat. Ergo quia infinita Dei majestas tanta est, ut homo mortalis, vexmisqs exipens, et peccato inquinatus, commercium cum Deo habere non potest. placuit Deo coerce figura, quibus favorem suum erga homines ostenderet. Placuit Sacrificia ordinare, ignemqs miraculo sum in Sacrificia mittere, ut Sacrificiis a se ordinatis, vim, auctoritatem, et Religionem illo igne adderet. Ordinavit vero Sacrificia, ut in iis colerent Israëlitae Deum, et ut illis Sacrificiis ad Spiritualia Sacrificia animos Israëlitarum formaret.

(**)-do Agam de Ducatione hujus Ignis: Duo sit patis implicita hic occurunt: scil. An Ignis ille, qui a facie Jehovae exiit in Altare, et Sacrificium consumsit, mansit in Altari, vel post solemnem Gloriae Dei ad parietinem disparuit? Et si remansit, an novo sub inde pabulo sustentari debuit, vel perse in perpetuum ducavit, sine ullo pabulo addito? Communis est Sententia: Ignem illum, ut Symbolum prodigiosum manisse quidem in Altari, ut Sacrificiorum Auctoritas et Religio confirmaretur: sed novo subinde pabulo, per Sacerdotes, ali debuit ne extingueretur. Fundamentum hujus Sententiae ponitur in locis Lev 6: 9. 12, 13. Ignis jugiter altior in Altari meo, ardeat lignum jugiter, ne extingvitur, sed faciat Sacerdos, ut ad mane ustos ligna ardeant. Legem hanc

Judi

Judei et Xtiani interpretantur de igne illo, novis subinde pabulis alendo, qui prodiit a facie Dei, et quem in Altari tunc Sens ipse mirabiliter accendit. Sententia hæc licet plausibilis et multorum auctoritate nixa; multis tamen difficultatibus est obnoxia. (.) Imo enim abhorret a majestate ignis illius divini, ex Columna Nubis recepti et procedentis, ut novo subinde pabulo opus humana adjecture, quasi sua vi subsistere non potuisset. (:) Ignis ille ex Columna Nubis receptus, et a facie Jehovæ prodiens fuit non ordinarius sed extraordinarius, qui ex aspis elementis non indiguit. (:) Ignis ille Sacer tunc in finem erat demissus, ut testimonium perhiberet Sacrificium Deo placere. Jam vero fieri non potuisset, si Ignis ille altari igni mixtus fuisset, et novo pabulo sustentatus (:) Ergo Locus Lev 6:9, 12, 13 sonat de igne humano, a Sacerdotibus novo pabulo jugiter sustentato. Ergo ignis ille Sacer, a facie Jehovæ prodiens, distingui debet ab illo igne focali, et elementari, qui industria Sacerdotum ali debuit secundum Legem Lev. 6. datam. (:) Series et Ordo Historiæ docet: tunc temporis quum Lex Lev 6. fuerat exhibita de igne jugiter alendo, prodigiosus et Sacer ille ignis a facie Jehovæ nondum prodierat. (:) Ignis a facie Jehovæ prodiens accendit ligna in Altari, ergo ignis tandem ille indiguit novo subinde pabulo, qui semel accensus est ab igne Sacro a facie Dei prodeunte,

Jer

Jeo ignis accendens non indiguit.

Hic est ille Ignis prodigiosus, qui in Templi Salomonis primi inauguratione adparuit 1 Reg. 8. ut novo huic Templo Majestas conciliretur. Ignis verò a Sacerdotibus custoditus et jugiter pabulo altus, ad Salomonis tempestatem usque haud perduravit, Jeo Sacerdotum, in Cultu Divino, negligentia extinctus, et tempore Salomonis novo tandem beneficio et miraculo denuo excitatus, ut novi Templi Majestatem et Religionem faveret.

Posteriùs hic Ignis Sacer novo miraculo in honorem Templi et Salomonis Coelitus demissus extinctus est, ex mente Rabbinorum, sub Regno Manassis, qui Dei Sanctæ horrendum in modum contaminaverat. Alii hunc ipsum 2 dum deletum extinctumque dicunt, cum Templum Salomonis per Chaldæos fuit eversum. Alii verò Coeleste hoc pignus etiam 2 do Templo vindicant, post Captivitatem Babylonicam novo quodam prodigio. Cujus mentionem facit Auctor librorum Maccabæorum Cap. 1. Ubi hæc narrat:

Ignem noscum, quem Templum in Chaldæorum manu eper, a Jeremia fuisse reconditum quodam in puteo. Soluta Captivitate Babylonica, et Templo 2 do suis e Civibus jam surgente, missos esse Legatos, qui

Sacrum 2

Sacrum hunc Ignem exputeo adducerent, seo eos nil-
pedet timuss et uliginem xeperisse. Unde tamen ne
vacui redirent, partem uliginis limiqs secum adu-
xerunt, qno Altaris imposita ignem statim, collecti mira-
culo concepit, ac in flammam erupit.

Fabula hoc Judaicum redolet Cerebrum, et aperte
adversatur celebratissimo Talmudicorum Traditioni
qui refert: Gloriam Templi 2di, seu Templo Zorcoba-
belis, longe minorem fuisse Gloria Templi Salomonici,
ideo, quod quinqs res excellentes, qno in Templo Salo-
monico erant; in Templo Zorcobabelis non fuerint re-
perta, viz (1.) Arca Federis. (2.) Schechina, seu Nubes
ignea Arcam Federis. (3.) Ignis Sacer, foco perenni
Altaris honestans. (4.) Oleum Sacrum, pro ungendis Pon-
tificibus. (5.) Oraculum per Urim et Tummim. Hinc
Hag 1: 8. ait Deus: Ædificate Templum 2 dum וְאֶתְפָּאַר׃
et glorificabor in eo, ubi litera ה omissa est, nam deberet
esse וְהִתְפָּאַר׃ et glorificabor in eo. Ubi ajunt Magistri:
omissum esse ה quod notat 5-tum Numerum, ex eo omissum
ה quod 5. Res, ignea Recensita in Templo 2do non fuit reper-
ta. Sed Attamen hoc suis auctoritatibus relinquendum.

(***) Afferam quosdam loca expantiora S. Sacra
in hunc Ignem Sacrum allidentia.

(1.) Ezech. 43: 15, 16. Quem Vates Templum Spiri-

tuale

tuale in Visione Divina sibi repræsentaret, Abarca ſic locutus in hoc Templo visus, insignivit mystico nomine Arielis לְאִרְאֵל ? אֲרִיאֵל est Leo Dei. Abarca in Arielis dictus est Ariel, ex mente Talmudicorum ideo, (•) quod Abarcis pars superior ita fabricata fuerat, ut forsan Leonis repræsentaret. Vel (••) quod Ignis in altari ardens et albus quasi Leonis figuram ostenderet. Sed (•••) Dictus est Abarca לְאִרְאֵל Leo Dei, ideo, quia ignis Abarcis tam vehemens, et tam vorax fuerat, ut carnes Victimarum subito devoraverit, instar Leonis, i.e. in Cineres redegerit: Unde dictum Talmudicorum: Vel minimum Sarci hujus Ignis particulam sufficere mille Hostiis una hora in Cineres redigendis. Et sane necesse erat, ut Ignis ille vehementi vi polleat, cum eum uno die tot tantasq; Victimas, et fere Hecatombas cremari non potuerint. Ergo Ignis Abarcis dictus est לְאִרְאֵל non ideo, ac si figuram Leonis repræsentaret, Leo ideo, quod vehemens et vorax ammodum fuerit ut Leo.

Recentiores interim Rabbini volunt Ignem illum dictum fuisse Leonem, quod in Abarci altari flagrans figuram plane Leonis retulerit. Dicuntq; in Abarcis Ignis has quinque proprietates fuisse (1.) quod purus fuerit instar Solis. (2.) quod flammam fulvam habuerit. (3.) Quod

lumi

humida adque cito consumpserit ac arida. (4.) quod fumum nunquam habuerit. (5.) Quod arcens in Altari figuram Leonis ostenderit. Arcea vehementiam hujus ignis jocosum in Talmude Succa nuncupatur: Virginem quandam Marianam, ubi fidem judaicam ejuraret, ingressam Arcium, calceo suo Altaris ipsum percutisse atq; dixisse: O Lupe! quando in opes Israëlitarum consumes.

(7.) Occurrit quoq; Esa 29: 1, 2. Mentio Arielis, ubi ingens occurit obscuritas, Verba sic sonant: Heus Ariel! Ariel civitas! in qua profedit David. Concradite Annum, super Annum, solemnibus festorum Sacrificiis capita percutiant. Tamen coarctabo Arielem, eritq; mihi civitas ut Ariel. Vaticinium hoc multa obscuritate laborat. Varias sententias adferre longum foret. Mentem nostram paucis dabimus (•) Sonat Prophetia de Urbe Hierosol. ejusque perditione (••) Urbem illam appellat Arielem. i.e. tanquam Altare, ut Urbs illa conversatura quasi in Altare, ubi victimæ macabuntur et ita ad Justitiã divinã igne comburentur. (•••) Victimæ cædendæ et comburendæ in hoc Ariele. i.e. in Civitate Hierosol. sunt Judæi sceleratissimi. Ast sunt Judæi, combustiq; ut Victimæ in Urbe Hierosol. per Romanos; a quos scil. Rnos pertinent hæc Verba: Concradite annum super annum, et Sacrificiis capita percutite. Rni enim longa annorum serie Hierosolymam obsederunt,

Juda

Iudaos vero flammaq; vastarunt, ac si festum Sacrifi. is mactandis celebrapent. (2.) Arctabo Arielem. i.e. arctis rem faciam Urbem Hieros. quam ut Coetum Iudaorum Corpora capere popit.

(3.) Esa 10: 16, 17, 18. Sub exercitu Assiriorum fruetur foeus multo igne flagrans. Excitaq; Lux Israëlis in ignem. Describitur remendum Dei judicium in Regis Assirid exercitum immittendum, quod Assirios consumet, ut ignis Altaris victimas consumere solebat. Concipiunturq; hic Assyrii, ut ieā Divina victima. Israëlitis vero exit Deus in lucem.

(4.) Hanc Interpretationem nostram confirmat locus alter Esa 31: 8, 9. Cadet Assyrius non gladio Virili, et non hominis mucro consumet eos. Dictum Jehovæ, cui ignis est in Sione et fornus Hierosolymis. Hoc dictum sunt ab Altaris igne jugiter ardente, et victimas consumente. Immituntq; Deus ieā sua flammis Assyrios, ut ieā victimas consumpturum.

(5.) Ad Ignem Altaris alluditur quoq; Esa 33: 14. Exp pavercunt in Sione peccatores, timor Hypocritas corripuit, quis nostrum diversabitur cum Igne consumente &c. i.e. terribilis est Numen Dei, quod in Altari ieā sua accendit ignem quam ut Hypocrita cum eo Communionem habere possint.

(6.) Esa 40: 16. huc spectat. Etiam Libanus non sufficit ad comburendum, et animalia ejus non sufficient Holocausto. i.e. Ignis ieā suā, cujus Umbra tantum olim in Altari

fuit

fuit, tantus est, tamqs severe flagrat adversus peccatores, ut hunc ignem extinguendo, indqs Divino placando, omnes in universum Creaturæ non sufficerent.

(****) Addam quoddam Miraculum, quod circa Sacrum hunc Ignem, ex mente Talmudicorum contigerunt. (1.) Licet ille Ignis fuerit vehementissimus, os tamen Altaris, lignumqs circa obductum numquam liquefactum, combustumque numquam fuerit. (2.) quod imbres et pluvia nec ignem extinguere, nec victimarum combustionem retardare potuerint unquam. (3.) Quod Carnium combustarum nidor, fumusqs Ignis recta de Altari fursum ivecint Coelum versus, neqs ventus eum aut impedire, aut ad latera deprimere potuit. (4.) Nidor ascendens nemini molestus fuit, nec gravidis Mulieribus causam abortiendi præbuit. Sed hæc figmentis Judaicis relinquenda.

(*****) Quinto Ostendam, non tt. Judæos, sed etiam Gentes alias ejusmodi Ignem sua in Religione habuisse, ut Judæos, Persas, Chaldæos, Ægyptios, Romanos, Germanos. &c. (1.) In Antiq. Romanis nil celebratius Igne Vestali, in honorem Vestæ sed a Vestalibus Virginibus custoditos. Hebræis Ignis Dei dicitur יהוה אש, Chaldaice אשתא דיי Unde Nomen Vestæ. Notum est: gravissime punitam fuisse Virginem Vestalem, cujus negligentia ignis ille extinguebatur.

Si

Si verò extinctus negligentia fuisset, eum ex focali igne
resuscitare nefas erat. Verum docente Festo ita resus-
citabatur, ut duos apices filicis arboris tantisper adtere-
bant, donec ignis vel flamma inde emicaret, quam Virgo
Vestalis Scibro excipiens ad Aedem Vestae detulit. (2.) Sedi
talem ignem extinctum non aliter resuscitarunt, quam
Solis adventus fomitem accendendo. (3.) Persae Ignem pro
Deo coluerunt, nec ullam Divinitatem praeter Solem, qui
ipsissimus est ignis, agnoverunt. (4.) Omnium primi erant
Chaldaei, qui hanc superstitionem invexerunt. Ita Urbs illa,
unde Abrahamus evocatus est Dicta est כַּשְׂדִּים אוּר
Gen XI: 31. ob ignem Sacrum a Chaldaeis ibi cultum.

§ - 9 - - (B.) Alius Deus et Ornamentum Arcii erat Lavacrum
Aeneum. Cujus vera effigies adhuc tradi nequit. Moses
enim in hoc Lavacro describendo parcus est. Quo S. Li-
tera dant, huc redeunt: Exod 30: 18 - - - 21. Inquit Deus:
Facies labrum Aeneum, ac pones illud inter Altare et Ten-
torium Conventus. Et pones ibi aquam, ut Aron ejusq; filii
lavent inde manus pedesq; suos ut non moriantur. Ita
vero autem cum ingressi erunt Tentorium Conventus, et
cum accendent Altare, Holocaustum Deo oblaturi. Hoc
ipse Statutum Aroni ejusq; Semini per Generationes eorum.
Ut hic Adhibitiones finiamus, dabimus (a) Materiam Lavacri.
(b.) Formam. (c.) Situm. (d.) Usum (e.) Fungam Lustrationem.

(a) Materia

(a) Materia Labri hujus fuit æs. Obs. (1.) Labrum confectum est non ex voluntariis Israëlitarum oblationibus, factis ad Tabernaculi extructionem ut supra vidimus. Sed factum est Labrum Dei ex æneis illis speculis longe pulcherrimis, quæ Mulieres Israëlitæ, pro fundendo hoc Labro libenter Mosi obtulerant. (2.) Ad hoc vero Mulieres turmatim confluebant ad Tabernaculum Mosis, quod Moses extra Castra Israëlis exextruxit, quod dicitur etiam Tabernaculum Conventus, ubi enim Israëlita convenichant ad Leges Dei, per Mosen datas, audiendas. Exod 38: 8. Hoc Tabernaculum Mosis, distinguitur a Tabernaculo Levitico, de cujus Atrio nunc agimus. (3.) Ad privatum hoc Mosis Tabernaculum confluebant Mulieres piissimæ, ad Preces et Vota sua ibi peragenda, quo Mulieres hic confluentes dicta sunt: צבאת (4.) Cl. Calmeth. ex Athenæo observat: Persas Mulieres noctu cum Facibus et Musicis confluere ad Palatium Regis, ita et Judæa Mulieres. Addit q3: Ideo etiam Mulieres ho Israëlitica turmatim confluxerunt ad Tabernaculum Mosis, tanquam ad Regis Dei palatium. (5.) Mulieres ho habebant sua speculi ex ære politissimo, atq3 hoc vanitatis instrumenta Mosi reddiderunt, ut ex iis Labrum Dei fabricetur. (6.) Ænea Specula in Oriente sunt in Usu Job 37: 17. Et mentio Speculi fusi ex ære polito. et Cap. 11: 15. ita Sophar ad Jobum: Tunc lavabis faciem tuam ex labe, et eris Speculum fusum, i.e. nitebit facies tua, uti speculum ex

ære

arca politissimo fusum, splendebis et non timebis.

(b.) Forma Labri, seu Lavacri. Parcus est Moses in hac forma tradenda. Ergo omnia ex conjecturis danda. Obs (1.) Verso simile est, Labrum hoc fuisse rotundum. Ad hoc vocabulum ברכ Arab ﻗﺪﺡ quo exprimitur quicquid rotundum est. (2.) Habuit Labrum in latere suo circum circa fistulas, vel Siphones, per quos Sacerdotes aquam sub inde ex labro eliciebant inter Ministrandum ad manus pedesq; suos lavandos: nam pedes manusq; non immergebant in Lavacrum, sic enim aquam statim conturbarent, et tandem non potuissent amplius pura aqua se se lavare, sese sapius debebant autem pedes manusq; lavare. (3) Operculum quoq; Labro Aneo datum fuisse patet ex vocabulo כיר a Rad. כור Arab. ﻛﻮﺭ pp. texit, obtexit. Erat verso Operculum hac fini, ne sordes inciderent in aquam Lavacri. Stabat enim Labrum sub Dio in Atrio Tabernaculi, facileq; sordes incidere potuisent, si Sacerdotes aqua pura sese lavare non potuissent. Alii per vocabulum כיר intelligunt Scapum, i.e Sulcrum quoddam, cui Labrum infistebat. His Auctore quoq; nonnulli Calculum suum addit.

(C) Situm Labri Aurei quod attinet: Collocatum illud erat in Atrio Tabernaculi inter Sanctum et Altare

Holo

Holocausti versus Aquilonem. Altare Holocausti enim, ut Magistri observant, fuit ארי״ה ה׳ בקר׳ה Ad fores Tabernaculi Conventus.

(d.) Usus Lavacri Dei. Aaron et filii ejus, omnesqs Sacerdotes pedes manusqs suas inde lavabant, ne illotis pedibus Sanctum ingrederentur, et ne illotis manibus sacra Dei tractarent. Hunc in finem quovis mane aqua pura, fontana vel putiana, integri Cordis, sine Sordibus, labro infundebatur. Obs. non totum Corpus, sed tt. pedes manusqs lavabant, qui enim semel justificati sunt, non opus est ut amplius justificentur, sed opus tamen est, ut a quotidianis peccatis se se purgent. Obs. Xtus quoqs pedes tt lavarat Discipulis non totum Corpus. Dixit Petrus: Domine et Caput lava. Respondit Xtus: Qui totus semel est lotus tt.

(e.) Gentilibus quoqs Lustrationem in usu fuisse patet. Nefas quippe erat apud Gentiles res Sacras ἀνιπτοις κειρσιν illotis manibus tractare. Templumqs ἀνιπτοις ποσιν illotis pedibus ingredi. Unde apud Græcos ante Templum fuit semper posita περιῤῥάντηρια Lavacrum aqua plenum. Imo foribus Templorum adscriptum erat: Hemo intra περιῤῥάντηρια illotus ingredi festineat. Hunc Ritum Græci, Rmi, et transferunt a Judæis. Imo animarum quoqs Sordes externa tali aqua ablui superstiose putabant, id quod satis videt Ovidius.

Heu nimium faciles! qui tristia Crimina Cordis
Fluminea tolli posse putatis aquâ.

S. Duar

(5.) Quarto jam dabo Mysticam horum omnium significationem. Patentissimus et longe amenissimus hic nobis se offert Campus, quem tamen extremis modo pedibus percambulabimus.

(☿) § 21. Operculum Arcæ aureum, dictum etiam Propitiatorium: Ubi hoc seq. obs. (·) Erat totum ex puro auro fusum Exod 25:17. Insigne dictum in Talmude Schekalim: Veniat aureum propitiatorii et expiet aureum conflati vituli. (··) Longum erat Operculum sive Propitiatorium cubitos $2\frac{2}{1}$ (··) Latum vero Cubitum $1:\frac{1}{2}$ Exod 25: 17. Appellatur Hebræis כַּפֹּרֶת Exod 25:17. Tegumentum vel operculum a כָּפַר texit operuit, imprimis expiavit, inde dicitur Expiatorium peccatum operuit enim et illud expiavit. Erat hoc Expiatorium vel Propitiatorium Tabula quædam Arcam superne contegens. Vetus Hung. dat: Kegyelem Tablája. Inserviebat solemni et Anniversaria Expiationi, ideo

ideo Expiatorium, seu Propitiatorium dicebatur, erat que Hominis erga Israëlitas propitiati et placati Symbolum. Interpres Alexandrinus vertit Ἱλαστήριον ἐπίθημα Exod 25: 16. Sicqs exprimit Vim et ff. operiendi, tegendi. et Impp. Expiandi.

§ 22. (ף.) Sub manum veniunt 2 do Cherubini super Arcam F. collocati. In nobilissima hac Charaborum Materia gravissimis obsepti fumus tenebris, Unde lucem Veritatis eruere est res non levis momenti. Longe vero Nobilis hoc Marcia ob difficultates exuti omnino mereture. Satis vero operæ pretium nobis erit, si vel Vocem Etymologiam Sententias cognoscere potuerimus. Ut igitur ordo nobis accuratius constet, adrendemus (*) Etymon Vocis (**) Materiam Cherubicum (***) Formam. (****) Mysterium.

(*) In Etymo כְּרוּב quo vox Symbolicis his animalibus imposita est, quod Capita tot sensus. Tenus דרכ vehementate absolutum, Originem amisit, quare, quo Interpretes dant, Conjectura tibi nituntur. (I) Multis placet Componi ex כ similitudinis et ex רבה Multitudo, magnitudo, profantia, quasi sic appellati fuisent Cherubini ob excellentiam et profantiam Scientiæ et Dignitatis, ac Majestatis. Philo-Judæus in Libro de Vita Mosis hanc Originationem amplexus, Cujus Auctoritatem secuti Clem. Alexandrinus, Origenes, Augustin. et Hieronimus, sed imprudenter nostro judicio; nam

דרכ

רכב significat quidem Multitudinem, seu Scientiam non continet. (2.) Rabbinis Recentioribus ס est quasi sexile et similitudinem notans. Sed רכב Contractum gustat et Syriaco ברבא puer, vel adolescens, a Radice רבא Sitivit adolevit. Volunt ergo Cherubos effigiem formamque habuisse Adolescentum in primo statis flore existentium, ut Angelos pingere solent pictores. Sed hoc Etymon nullo nititur fundamento in Lingua Hebr. (3.) Sunt qui כרב putant scribi debere קרב pro ק pro כ. ut fit ad propinquare: Unde Cherubos dictos volunt seu proximos, qui proximi Numini coelesti assunt, ejusque Troni cingunt, ut intimi admissionis Magistri, et Amici. Etymon hoc haud poenitendum Petro, quum Arabibus et כרב et קרב significet, ad propinquare. (4.) Alii כרב pro literarum transpositionem exprimunt רכב ap. vehere, vectare, quasi Cherubi essent Currus, seu Vehiculum Dei Mattis, quibus Deus insidet, quorumque aliis nec illucre velitur Huic Sententiae velificatur Psal 18. Vectus est Deus super Cherubinis. (5.) Alii ex Syriasmo et Arabismo כרכ est arcare vectare, unde כרוב notat Bovem arcatorem, arcatico aptum, seu Vitulum majorem. Favet huic

huic sententiæ Magnus Bochartus aliique. Favet quoq; aliud nomen Bovis בקר quod est pp terram findere et secare. Inde 2 dario: vestigare, investigare, scrutari, perquirere, qui enim terram findit, secatque, is videtur aliquid inquirere. Hinc Cherub et Bos alternantur Ezech 1:10. quod appellatur Bos, 10 Cap. 10: v. 14. appellatur Cherub. Et 1 Reg 7:29. Cherubim conjungebantur sub bovino genere, nam in priore Commatis parte quod est Cherub et bos in posteriore ejusdem Commatis parte uterumq; scil. et Cherub et bos exprimitur per בקר. Auctor noster in fine § 22 locum illud allegat, ut distinguat inter Bovem et Cherub. Unum tamen ibi ita tamen distinguitur Cherub a Bove, ut Vitulus major a Vitulo dicebo. (6.) Aliam adhuc Etymologiam subministrat Vectius Talmudicum חבך obtexit, obvelavit, quod derivatum videtur per ח servile, ex Radice חבך. quod Cherubim sic dicti sint, quia Arcam Fed. alis suis obtexerint, obumbraverint &c: Quorsum vocat insignis locus Ezech 28: 14. Ubi Rex Tyri appellatur Cherub unctus et obumbrans.

Hæc sane sunt, quæ circa originem Cherubicum a Viris Doctis proferuntur, quæ cum ob fluxa et incerta sint, tutius est in re incerta et obscura judicium suspendere,

quam

Quam aliquid temere definire. Haud difficile tamen Bovem aratorem maxime nobis arridet.

(**) Quantum Materiam Cheruborum attinet: fuerunt fusi ex solido auro Exod 28:15. Fradunt Magistri: Cherubinos fuisse fusos ex eodem auro, ex quo Propitiatorium, seu Operculum Arcæ fuerat factum, quasi naturali situ succrescentes Cherubini ex Propitiatorio, non autem Tabulo insecti insititique.

§. 22. (***) Forma et effigies Cherubinorum. Res quoque haud levibus premitur difficultatibus. Auctor noster §. 22. cum deposuisse ait, fil. incertam esse Figuram Cherubinorum, Sanctosque Scriptores voluisse, ut forma Cherubinor. nobis occultaretur. Censent Viri Docti: ex loco Hos: 8: 6. Vitulos Jeroboami Originem traxisse ex ipsis Cherubinis eorumque Effigie: Sed rectius esse videtur Jeroboami Vitulos originem traxisse a Vitulo aureo, quem Israëlita in Deserto conflaverunt. (·) Talmudici Doctores formâ Adolescentorum proditos fuisse Cherubinos aiunt, quod Etymon vocis illos docuit. (··) Alii Magistri ut Rabbi Bechai et Abarbanel utrumque Sexus humani formam illis adscripserunt; unde Mysterium elicuere ut infra videbimus. (···) Josephus Antiq. L. 3. C. 6. ut hominibus extra Gentem Judaam Constitutis majorem circa

Cherub

Cherubinos Reverentiam et admirationem inentiat, utq; more suo suam Narrationem phaleris ornat, ait: Cherubinos fuisse quidem animantia volucria, sed quibus nulla animantia sunt similia, eorumq; formam nulla mente humana esse Conceptibilem.

(::) Nos S. Sanctæ vestigiis insistentes, Verum formam Cherubinorum, quantum potest, dabimus, radiosq; his illisve in SS arca fractos in unum colligemus Corpus, ne a vero aberremus.

Moses supponens Cherubinorum formam omnibus fraëilitis esse notam, eam leviter modo tangit, Exod 25: 20. Unde duo tantum percipere possumus, (†) quod Cherubini habuerint formam animantium, Vultusq; habuerint sibi invicem obversos vel Conversos, et in Propitiatorium defixos. (‡) quod binis alis prodditi fuerint, quibus Arcam Foederis texercant.

Adumbrationem Cherubinorum Descriptionem dat Ezech 18: 19. Ubi Templi sui Mystici seu Spiritualis Cherubinos in Pariete depingit, binasq; facies illis adscribit, humanam et Leoninam. Sed obs. Pictura hoc l.c. posita, erat opus dimidiatum in Pariete, ita ut duæ tt. facies Cherubor. oculis potuerint, duas vero alias facies paries intercepserat. Ergo idem Ezechiel Cap. I. V. 5. et seq. quatuor uni Cherubo facies adscribit, scil. Humanam, Bovinam, Leoninam, et Aquilinam, quod.

quod ubercius adhuc patefit ex Cap. 10: 14. Ubi Sacra illa animalia Solium Dei vehementia appellat Vates Cherubinos, et quatuor faciebus statim memoratis insignit.

Ex his ergo patet: Cherubinos fuisse animantia Volucria, 4. Vultibus seu Speciebus, jam memoratis, conflata. Versum novo hic rerum ordo nobis offundentur in 4. illis Speciebus dislocandis. Multi sic Cherubinos describunt: (o) Faciem humanam, seu Formam humanam, qua primeps est forma, et dominans Capiti, seu Vultui adsunt. (oo) Formam Leonis pectori, Cervicibus et armis. (ooo) Formam Bovis pedibus. (oooo) Aquilinam alis adjungunt. Hac Descriptio est Villalpandi: qui vocem ⊏ S I G T non tantum sciite de facie sumit, sed de toto Cherubinorum Corpore, et de tota fabrica. Sed hoc Cherubinorum Descriptio minus arridet: aliam dat Ezechiel Cap. I. V. 5. ubi dicit Cherubinos habuisse similitudinem hominis, qua inest species dominantem a vertice Capitis ad plantas pedis. Addit V. 6. Eos insuetos fuisse 4. Vultibus. Vultus V. 9. dicit fuisse humanum, Leoninum, Bovinum, Aquilinum. Singulos Vultus non determinat quis quo loco fuerit, sed dicit: Leoninum ad dextram fuisse, Bovinum ad sinistram. Ergo humana debuit esse ad anteriorem Capitis partem. Aquilina autem ad posticam Capitis partem. Ergo Caput unum fuit, facies vero 4. nam in uno Capite 4. facies ponunt Veteres. Ita

Caput

Caput Kerubocreum unum habuit faciem humanam par-
te interiore. Aquilinam parte posica. Leoninam parte
dextera. Bovinam finistra parte.

(****) Mysticam Kerubinocreum Rationem, jam ere
et cadere, seo eam trademus infra, quem de S Storeum omni-
umq; Ejus instrumentocreum Mysterio reseabimus.

§ 27. (⸗) Tertium Instituti nostri Ratio exigit, ut aga-
mus de Nube illa gloriosa, quæ super Arcam F. residebat, inter
Alas Kerubinocreum; qua in Nube Deus habitabatur Lev. 16: 2.
In Nube adparebo super Propitiatorio. Antequam Misericum Nu-
bis hujus tradercem, dabo Specimen ejus; Ubi (o) Vicocreum Docto-
rum Opinionem dabo. (oo) Veram Sententiam subjungam.

(o) Quantum ad aliocreum Opinionem: Sunt qui putant,
Rubeum hanc octam esse ex illo Suffitu, quem Pontifex Max.
semel quotannis die Expiationis Magnæ in S. Storeum excitabat
cremantibus crematis secundum præceptum Lev. 16: 13. Imponet
incen suffitum igni coram Jehova, et Nubes suffitus oper-
cultum conteget, quod est super Testimonio. In ea videtur
quidam veri Species huic Sententiæ, Sed videtur tantum,
nam non rei veritate minime convenit. (+) Ratio, quia Nu-
bes inter Alas Kerubinocreum erat humida et Concava, se-
cundum a Pontifice Max. excitatus non humidus verum obscu-
rus erat. (+) Fumus a Pont. Max. in S. Storeum excitatus, illo
B. die durabat per horas aliquot, quo excitatus erat, morq;

in

in aëra evanuit. Sed Nubes illa Gloriosa inter Alas Cherubinorum noctu semper ducebat.

(00) Nos dicimus: Habemus hanc nihil aliud fuisse quam Columnam illam Nubis et Ignis, quæ Israëlitas in Deserto duxit: quæ absoluto sui Tutatus munere, fugiens Arcea F. in S. Stoicum, inter Alas Cherubinorum Statim onem sibi fixit. Nam Exod 40: 34, 35. patet: Nubi Imis Ignem et fulgorem fuisse inclusum, qui totum Tabernaculum complevit, adeo ut Moses ingredi non potuit. Obs. Eadem hæc Columna N. et Ignis fuit quoq; in Templo Salomonis. Diserte enim scriptum est 1 Reg 8. Cum Salomon Templum in finem perduxisset, Arcam F. duxit in S. Stoicum, reposuitque sub Alis Cherubinorum. Quando Nubes et Gloria Dei implevit Templum, dixitq; Salomon v. 12. Dominus dixit se habitare in Caligine. Conf. 2 Chron 6: 13, 14. Luce meridiana clarius est hic intelligi incorruptam illam N. et Ignis Columnam. Quo tandem fedem suam habuerat in Tabernaculo, nunc autem excepto Templo Salomonis in penitissimam ejus Domi demigravit. Verum in Templo 2do Nubes hæc non fuit, quia illic non Arcea F. fuit super qua Nubes Residentiam suam habere solebat.

Atq; hæc de Arcea Fœderis, et deiis, quæ circa Arcam erant libere dicta sunto.

§ 24. (b.) de Agendum de Anghorea, seu Urna Manna

de

Cap. 5. De SStorum et Urna Manna.

De qua in S. Storum observanda extat Praeceptum Exod 16:32,33. Hic quoq; tangendum est (ב) Homer Urna. (ב) Materia. (ב) Forma (ב.) Videnda Origo putidipimo Columnio, qua Gentiles olim overcabant Judeos ex voce 'orvos, quasi Judei in Templi Salomonici SStorum Asinum observarent et adorarent.

(ב.) Homer cujus URNÆ Hebr exprimitur הָעֹמֶר a הָעָמַר Cujus Originem Hebraei et Chaldaus Paraphrastes ponunt in Refrigerando. Unde הָעֹמֶר eget Vas refrigerans. Hinc Aben Erra illud הָעֹמֶר explicat de quovis vase refracto, quod vasa refracta rem sibi commissam soleant frigidam conservare, frigq; a Corruptione immunem fervent. Verum הָעַם Arab. pp est: Condere, recondere; Unde palam est: הָעֹמֶר ejus Vas reconditorium, in quo quid recondi apolet.

(ב.) Quantum ad Materiam Urnæ: Quum in SStorum omnia auro refulserint, manifestum est: Urnam quoq; Manna fuisse auream, seu totam ex auro paratam. Ita ficmant Interpretes Alexandrini, eam appellantes: στάμνον χρυσοῦν. Ut est Apost. Hebr 9:4. aureum Urnam. Quoniam vero Lex Mosis nihil de Materia Urnæ determinat. (*) Abarbanel Virgam fuisse contendit, quod Virgam perducat, extusq; operiat quid intus sit.

(**) Alii.

(..) Alii dicam. (..) Aben Ezra refutandam ut statim dixi.

(ℏ) De Forma Urnæ alium filet Moses. Ex Num. mis igitur Veterem, Siclisq; Hebræor. discimus. Urnam fuisse fictili Pateræ cum operculo effigiem, ore patentiore. Ansas duas ad duo latera habebat, ut apprehendi, et huc illuc portari posit. Veterem Hebr. Sicli una parte Urnam Manna plenam aliâ florentem Aronis virgam sibi insculptam habebant. Vide Augustinum Calmetum, qui ad Calcem Dictionarii Biblici non nulla Veterum Numismatum Schemata adposuit.

(ℏ.) Tangenda jam est Origo putidissimæ Calumniæ, qua Gentiles onerabant Judæos, ac si Judæi Asinum in S. Sanctorum adservarent, et adorarent tanquam Deum. Origo hujus Calumniæ hic desumpta, quod Urna Manna duobus auriculis, seu ansis prædita fuerit, ut iis facilius circumportari posit. Ansa vero Vasorum Græcis exprimitur per ὦτος, ab οὖς, vel οὖν pro ὑς quod ansa adjumento sit in Vasis circumportandis. At etiam Asinus dicitur ὦτος ab eodem fonte οὖν pro ὑς, quod Asinus portandis oneribus sit adjumento. Hinc jam orta est Calumnia statim memorata adversus Judæ-

Iudaeum Gentem. Primus hujus Calumnia Architectus fuerat Appion Grammaticus, Natione Aegyptius, adversus quem Josephus Calamum strinxerit. Appion ille Aegyptius Iudeos hoc Crimine publice vexabat, ac si illi in S. Stõcanum Caput Asininum adorarent. Cum hoc ipsum vespertate Antiochi Epiphanis divulgatum esset, ipse Antiochus Epiphanes expilato Templo Iudaeum, inter Caetera spolia Caput asininum ex auro conflatum quoq; reperisse fertur, quod absurdissimum.

Suidas, in Voce Democritus, memoriae prodidit: Historicum quendam Democritum dictum Auctorem esse: Caput Asininum a Iudeis Coli, et quovis Anno 3-io honorari ejus Humanam Hostiam Consecrare. Cujus Commenti ridiculissimi rationem Plutarchus in Symposiacis L. 4. Quaest. 4. investigaturus: hoc somnia nobis propinavit: Cultum Asini inter Iudeos inde invaluisse, quod Israëlitis in Deserto siti maxima Conflictatis aqua fontem Asinus detexerit. Quam Fabulam pluribus prosequutus est Tacitus Hist. Lib. 5. Cujus verba sic habent! Cum Iudaei in Deserto gravissima siti laborarent, et jam haud procul exitio essent. Gregem Asinorum apacissimo e pastu

in

in excelsam et nemoribus obsitam cupem conjecisse, quos Asinas feentus Moses, fontem aquarum largissimum invenit, sicqs Effigiem Asini, in perennem tanti Beneficii memoriam Tabernaculi penetralibus conservavit. (.) Cl. Heinius, in opusculo de laude Asini conjectat: Graeculos, cum audirent Judaeos continuo in ore habere Vocem ΟΝΟΣ & Coelum Graecis ΟΥΡΑΝΟΣ. Ex ΟΥΡΑΝΟΣ per Cavillationem et ludibrium vocem ΟΝΟΣ exsculpsisse, ΟΥΡΑΝΟΣ autem quia Rūs notat Coelum, et vocem Coelum, formatum est Vocabulum Cillus, quod Aegyptiis Asinum significat. Hoc jam Vocabulo Cillus Judaeos proscindit Personius taliter:

Judaeus quamvis porcinum nomen abhorret,
At Cilli summos invocat auriculas.

(..) Alia est Conjectura Doctissimi Tranquillini Fabri, qui Calumniam hanc accepit a Celeberrimo illo Templo Onid in Aegypto. Cui Judaei in Aegypto vergantes honorem detulerunt: Unde Sarcco Aegyptii non erubuerunt fingere, Judaeos asinum adorare. quod in nomine Onid nomen ΟΝΟΣ asini latet.

(..) Ill. Bocharius ait: Lingua Aegyptiaca Asinum appellari etiam ΠΙΦΩ, vel ΠΙΙΩ. Quod Vocabulum

Sono

sono pro proxime audit ad Hebraeum יְהוָה צְבָאוֹת Hoc vero formula יְהוָה צְבָאוֹת frequentissima est in S. litteris; ut os Jehova locutum est, os Jehova dixit. Quod Aegyptii audientes, impudenter fixerunt: Judaeos in ore pro semper חֲמוֹר i.e. Asinum habere, ideoq; ipsos asinum colere.

(:) Nobis in re tam absurda nihil certe videtur: Exitimen tamen: facile audivisse Aegyptios, quod Israëlitae in deserto Vitulum aureum conflavercint. Tandem Jeroboamus quoq; in Dan et Bethel Vitulos aureos collocavercit, quos Israëlitae coluercunt. Hinc exercore facto, finxerce Aegyptii: Judaeos Asinum colere.

§ 25. Refert rectio Virga Aaronis ex § 25. Cujus celebratissima est Historia. Multa circa eam Judaeorum commenta. (·) Dicunt non nulli: Virgam Aaronis desumptam fuisse ex arbore illa, quam Deus Mosi ostendercat, ut ea amaras Marae aquas corrigeret, dulcesq; redderet. Exod 15: 25. Hanc arborem Mosi ostensam dicunt precogitatam fuisse ex furculo Arboris vitae, quem furcum Angelus Patriarchae Sethi tradidit. (··) Alii Magici tradunt: Virgam Aaronis eandem fuisse cum Virga Mosis, qua ille tot Miracula profitit, cum in Aegypto,

tum

tum in Deserto, Rupem ferciens et aquam eliciens. Sententia hæc Delgis aliisq; Interpretibus accisit ambiguitatem loci Num 20:9. Verum Sententia hæc componi nequit cum simplicitate Narrationis Mosis Num 17. Ubi singulæ 12 Tribus dicuntur Virgas suas adtulisse. Jam vero res ipsa loquitur: Omnium 12 Tribuum Virgas esse debuisse ejusdem conditionis & formæ, et e medio acceptas, ne Virga unius alicujus Tribus præ reliquarum Tribuum Virgis ullam prærogativam haberet. Si vero præ Tribu Levi Mosis Virga illa, qua Moses tot tantasq; miracula patraverat, fuisse adducta ab Aarone: tum reliquæ Tribus dicere potuissent ad Aaronem: non mirum si tua Virga floruisse fit facta, nostra vero non; quum ea sit Virga illa Mosis celeberrima, qua ipse tot tantas miracula patravit. Interim quando hic multi Mysteria quærunt, quæ videri possunt apud C. Virginium, in Erudita ejus Diss. de Fabric. Levit. Ergo tam parcum certis, minusq; solidis opinionibus fidem non damus. Quemq; tamen pro ingenio abundare permittimus. Virga igitur hæc Aaronis, quo exstante inter 12. Tribuum Israëlis, fil. quamam Tribus deberet jure Sacerdotii gaudere, dirimitur erat, non fuit Scipio sive baculus Mosis,

qua

quo ille antea Miracula patrabat.

§ 26. (d.) De Libro Legis. Dictus hic Liber est הַתּוֹרָה סֵפֶר reservatus in S. Stōcano, ut Foederis Deum inter et Israelitas testis esset. Severa de hac re extat Sanctio Deut 31: 24. seq. Postquam Moses Verba legis in libro perscripsisset, praecepit Levitis Arcam fed. portantibus dicens: accipite hunc Librum Legis, et ponite eum a latere Arcae fed. et sit ibi Testimonio pro Te et contra Te. Auctor noster describit (o) quid per hunc Librum Legis intelligatur. (oo) Dat ejus Situm Locumque.

(o) Disquiritur inter Criticos: quid per Librum Legis intelligatur? (•) Ajunt quidam: Omnes Leges Mosaicas hoc Libro seu Volumine contentas fuisse. (••) Alii tantum Deuteronomium. (:) Alii totum Pentateuchum, i.e. 5. Libros Mosis. Id certum nobis est ex Deut 31: 24. Scripsit Moses verba Legis in libro usque ad finem. Majmonides ait: Mosen ante mortem suam 13. Legis Exemplaria exaravisse, 12. Exemplaria distribuisse 12 Tribubus Israëlis, cuilibet Tribui unum Exemplar. 13ium Exemplar autem Arcae fed. inclusisse in Sanctum Sanctorum; atque hoc tandem Exemplar 13 ium dictum

fuisse

sufipe סֵפֶר הַתּוֹרָה אֲשֶׁר בְּהֵיכָל Librum Legis qui in Ede sancta. Atqs hunc Librum desiderantes sufipe ab alterco Pentateuchi Exemplo, quod audit סֵפֶר הָעֲזָרָה Liber Arcii. Quem Pontifex Max. in Atrio Mulierum solebat legere coram populo Israëlis, solemni Die Expiationis Anniversario. Ex eodem hoc Libro Arcii debebat Rex Israëlis suum Pentateuchon describere, vel saltem hic ibiqs corrigere ubi exscribas forte incepserunt.

(oo) Locum Libri Legis quod attinet: Iosabath is בְּצַד אֲרוֹן ad Latus Arcae Foederis; vel a Latere, Deut. 31:24. seq. obs. Rejicula eorum est opinio. (•) Qui asserunt in ipsa Arca Foederis sufipe Librum illum. (••) vel Capsulam Speciatim sufipe ad Latus Arcae locatam, vel in excavato Arcae latere in eaqs Librum sufipe. Deducitur ex 1 Sam 6: 8, 15. Sed Capsula illa, qua l.c. ad Latus Arcae Foederis sufipe memoratur, distincta et separata fuit ab Arca F. nec pro hoc Libro Legis fuerat parata. Et sane Moses cum paretes Arcae F. recenset, hujus Capsulae non meminit.

§. 28. Aaronis non Levem Scrupulum ex locis Hebr. 9: 4. et 2 Reg. 8: 9. (•) Hebr. 9: 4. In Arca F. hoc fuisse memorantur κεφαλίδα: Urnam manna plenam.

Flo

Florens Aronis Virga. Et Tabula Fœderis. (••) Versum
1. Reg 8: 9. dicitur: Nihil in Arca Fœderis fuisse, præter
duas Tabulas lapideas, quas in Arca collocaverat Moses ad
Montem Horeb. In hac difficultate solvenda fluctuant
Interpretes. Sunt (•) qui particulam 'ev in loco Hebr 9:4.
referunt non ad proximius fœl. κιβωτον Arcam, sed
ad remotius, fœl. ad σκηνην Tabernaculum; adeo ut pluca-
pis hoc fœl 'ev sit loquatur de Tabernaculo, non de Arca
ut sensus sit: Urnam Manna, Virgam Aronis, et Tabulas
Legis fuisse in Tabernaculo, non in Arca. Sed hoc est
contortum simul et frigidum. (••) Alii particulam 'ev
explicant per prae, ut sit: Urnam et Virgam fuisse pre-
nes Arcam, in Vicinia Arcæ, non in Arca, sed quasi ad
latera Arcæ. Quam in rem concipiunt latera Arcæ ex-
tus hinc illinc excavata fuisse. Sed Resp. absurdum
est particulam 'ev in eadem periodo duplicem habere
praestatem in et prae. Ergo unam tantum habet vim
fœl in, quo particula in est nota inclusionis. Ergo Urna
et Virga erant Arcæ inclusa. (••) Nos dicimus (†) locum
Hebr: 9: 4. sonare ad tempus Mosis, ad tempora ea, quibus
Israëlita in deserto sedes suas subinde mutare debebant,
tum et Urnam, et Virgam, et Tabulas Legis fuisse Arcæ
F. inclusas. (‡) Locum vero 1. Reg. 8: 9. sonare dicimus
de tempore illo, quo Arca F. Templo Salomonis inclusa

Jesum

Jedem quietem nata est. Tunc jam Urna Manna et Virga Aaronis Arcæ exempta fuere, juxta Arcam F. extus collocata, relictis in Arca tantum Tabulis Legis. Ob. Lege apud Auct. §. 28.

(E) §. 30. Verbulum addam de Θυμιατηριω i.e. Turribulo aureo. Hoc quoq; instrumentum ad S. Stoicum pertinuisse patet ex Hebr 9: 4. Ubi Apost. inter Instrumenta S. Stoicum principe gradu collocat Θυμιατηριον. De quo sequentia tenenda (o) Quid per illud intelligatur. (oo) Quis ejus Situs Locusq;.

(o) Quid per Turribulum intelligatur, (·) Exercitatissimi Abarca aureum Suffitus intelligunt. (··) Ergo Turribulum fuit Vasculum, vel Cappula sive Arcula Turcarica adolendo suffitui destinata, in qua Ignis recipiebatur. Syrus vertit: ⟨illegible⟩ Domunculum Aromatum Exercis quoq; Scriptoribus notum est Θυμιατηριον Aelian. Var. Hist L. 12. C. 15. narrat: quum Menecrates Medicus ob stultitiæ devenisset, ut se Jovem ejse jactaret, Philippus Macedo, ut eum stultitiæ suæ arguat, Menecrati huic Divinos honores sibi vendicanti, ad mensam Cibariam discumbenti Θυμιατηριον παρεθηκε κ' εθυμιατο αυτω Turribulum adposuit, suffitumq; coram eo excitavit, dicens: si Deus es fatiare suffitu, Dii enim cibis non indigent. Turribula sua habebant in Sancto

reliqui vero Sacerdotes Gregarii Suffitui quovis mane et vespera ingerentia. Sed ea paterata erant vel ex argento, vel ex auro viliore: Verum Furcibulum Pontifis M. quod in S. Storcum stabat, erat ex purissimo auro factum.

(oo) Situm Locumque Furcibuli quod attinet: Multi cum Talmudicis volunt (•) Sanctum hoc Vasculum semper stetisse in Sancto. (••) Nos Iramus Auctoritate Apostoli, qui Hebr 9:3,4. expresse dicit: Furcibulum stetisse in SStorcum. Vident hic Philologi: an duo fuerint Furcibula, adeo, ut alterum quidem per totum Annum steterit in S. Storcum, alterum vero in ipso Sancto. Ita ut dum Pontifex M. ingressus est SStorcum, tunc illud Furcibulum, quod in Sancto stabat, intraret S. Storcum, et quod in S. Storcum per totum Annum hospitatum esset. Hoc ante excogitatum a Doctissimo Villalpando. Marc. Michaëlis apud acute scribit, unum & Stipe Furcibulum, locatumque ab Apostolo in SStorcum, non igitur, ac si per totum Annum semper in S. Storcum hospitet. Sed ideo quod et. SStorcum ubi fuerit destinatum, et steterit semper in ipso Sancto, in SStorcum autem steterit non plus, quam unam alteramque horam semel in Ao, die Expiationis Anniversaria. Quando Pontifex Max ingressus SStorcum Furcibulum secum intulit, et peracto suffitu secum extulit. Sed nos amplectimur Sententiam Villalpandi.

(5.)

(5.) Quarto Addemus Appendicem de Singulari Sanctitate Sancti Sanctorum. Praeterea alia bene multa Singularem huic loco Sanctitatem Conciliabat hoc ipsum, quod huc nemo Mortalium ingredi permittebatur, nisi Summus ille Sacrorum Antistes, intimusq; Dei purgatus Minister Pontifex Max. ilq; semel tantum in Anno cum sanguine Victimæ piacularis, depositis Vestibus Pontificialibus, quæ antea erant, inutilq; Vestibus linneis, ut pote humilioribus. Ubi jam sub manum venit Tractatus

DE INGRESSU PONTIFICIS MAXIMI IN SANCTUM SANCTORUM.

Vexatissima est quæstio inter Criticos: An Pontifex Max semel tantum in Anno, vel pluries etiam ingressus fuerit SS̄tōrum. Cum Cæremoniæ et Ministeria Magno die Expiationis anniversaria peragenda, id postulaverint, ut terq; imo quater quoq; Pontifex Max ingrederetur S. Sto rum, ut etiam Talmudica Traditio fert.

Parces Antiquitatum Hebr. minus periti, gravissime hac in Materia erraverunt. Hei mirum, nam qui sana Hypothesi his in Antiquitatibus semel non inventus est, oportet, ut ignota in Regione erret (•) Epiphanius Ingressum Pont. Maximi in SS̄tōrum licitum fuisse convenit bis in Anno Festis majoribus, ut Festo Pentecostes

et

et Feſto Tabernaculorum. (*) Auguſtinus, et Sigonius de Republ. Hebr. majorem adhuc errorem errant, dicentes: Altare autem quoris die mane et vesperi ſuffitus debuit et Aromatibus excitari; ergo Pontifex M. quoris die bis ingreſſus eſt SStorcum Mane et Vesperi. Imo nedum. Pontificem M. Precariis Sacerdotibus SStorcum pateſiunt ſtipatum ſuiſſe ſemper ingreſſum. Sicq; docta hoc capita non ſolum Pontifici M. quotidie, ſed etiam Precariis Sacerdotibus S. Storcum pareſaciunt. Verba vero Apoſtoli ſonare dicunt de ſolemniore et religioſiore Pontificis ingreſſu in SStorcum, qui ſemel A. in Anno fuit, ſcil. die expiationis Anniverſario. Sed nihil in totis hijce Antiquitatibus abſurdius, quam hoc. Stat nobis Auctoritas Apoſtoli, qui Hebr. 9:7. dicit: Pontificem M. ingreſſum ſuiſſe SStor. ἅπαξ ſemel tantum. Sed illud ἅπαξ ſemel, non ſatis videtur concordare cum deſcriptione Moſaica, quæ eſt Lev 16: 12, 13, 14, 15. ex quibus, ut et Traditione Talmudica ita videtur concludi Apoſtolum Paulum, ut Pontifex Max. non tantum ἅπαξ ſemel, ſed pluribus vicibus in Anno debuerit SStorcum ingredi. Et quidem (2) ingredi debuit Lev 16: 12. cum ſuffitu in SStorcum excitare debebat, Turribulum cum prima candente, et aromatibus inferens, illudq; in SStor deponens. Volebat enim Deus, ut priusquam ad ſce

mendum

mendum Majestatis Divinæ solium Pontifex accederat, Nubem e suffitu odorato in Sanctum excitaret, quæ solium Dei sive Arcæ F. adumbraret. (2) do Lev 16: 14. ingressi debebat cum Sanguine juvenci pro se et domo sua mactati, ut eum super Arcam F. et ante arcam spargeret, ut hoc pacto sua, domusq; sua peccata expiaret. (3) tio Lev 16: 15. Ingressi debebat cum Sanguine Hirci piaculatis pro universo populo mactati. (4) to Ingressi debebat ad exportandum Turribulum quod ante intulerat, cujus veram sedem in Sancto fuisse tradunt Rabbini. Hunc ordinem Cæremoniarum, excepta ultima, describit Moses: Lev 16: 12, 13, 14, 15. Hæ enim tantæq; Cæremoniæ ante ingrediendi actu perfici non potuissent.

Sunt tamen insignes Philologi, qui illud Paulinum ἅπαξ, semel, fortiter urgent, nefasq; dicunt vel latum unguem inde recedere. (•) Cl. Deusingius ad Hebr 9: 7. ita commentatur: Non dicit Apost. semel in die ingressum fuisse Pontificem, sed semel in Anno, et tamen, qui quater uno die ingrediatur, is quater in Anno ingrediatur (••) Sunt denique, qui contendunt: omnes illas actiones, quas recensuimus, potuisse Pont. M. uno et ingrediendi actu perficere, saltem (+) uno potuit Pontifex M. utriusq; Victimæ et Juvenci, et Hirci sanguinem collocare in vicinia Veli ubi ingressus dabatur. (+) do Omnibus sic citè dispositis,

ulti

ultima vice potuit Turcibum fumerce, cum prima candente, et aromatibus, figo ingredi S. Storum (≡) Ibi jam existens potuit suffitum peragere (≡) Eo peracto, non erat necesse ut S. Storum egrediatur pro Sanguine Juvenci et Juvci, nam ea ad foras antea dispensat. Ergo (≡) Manus tantum suas extendit ex SS. Sto, sanguinesq; ad se recipere poterat. Peractis omnib; Cerimoniis tandem cum Turcibulo egressus. Conjecturam tam ingeniosam non explodimus, cum tamen si peractam sine tanta Cerimonia adparatus minime concedit, si seco legatur Lev 16.

Pronuncio igitur: Vocem Agli ἅπαξ, semel, non esse restringendam ad unam tt. ingrediendi vicem, sed ad totum solemnemq; actum, Expiationem publicam peragendi coram Facie Dei. Ita, ut jam tres, vel si placet quatuor vices ingrediendi fuerint necessarie, unius tamen maneat Actus Religiosus. Et repetitæ ille vices intrandi minores veluti fuerunt Partes totius Actus, et quibus intrandi Vicibus unus totusq; Actus sit compositus. Fot enim Munera (·) Suffitum dendi. (··) Sanguinem Juvenci spargendi (···) Sanguinem Juvci spargendi, simul et semel per unum hominem obiri non potuerant, sed ad partes dividi debebant.

Objectio. Ingressus P. Maximi in S. Sto notabat Ingressum Cæli in Cœlum. Atqui ex semel tt ingressus est Cœlum. Ergo et Pontifex M. semel tt debuit ingredi S. Storum. Resp. Totum Concedimus dicimusq: Pontificem quoq; semel tt. suipe

ing

ingressum SS^ti Orcum nam vces vel quatuor vices ingredi
endi pro uno tantum Ingressu reputantur.

Hic jam ut Veritatem Evangelicam, discussa nube evol-
vamus, ostendemus, quorsum solemnis Pont. Max in S. Stor.
ingressus spectaverit, et quid Mystici figuraverit. Ius in
Argto ita Versabimur, ut Sententiam nostram in re tam
ardua debita Religione et circumspectione proponamus,
nihil vel asserate vel temere asseramus.

Apud omnes fere Theologos altissimas radices egit hac
Opinio: Anniversarium illum Pontificis M. in S. Stor. In-
gressum figurare triumphalem Xti Dni Ascensionem in
Coelum, factam de monte Olivarum 40. diebus post Ejus
Resurrectionem, Postquam Victor mortis et Diaboli tri-
umphalibus indutus ornamentis, solemnium Pom-
pam in Coelorum Sedes subvectus inspectantibus
Discipulis, sedisse ad Dextram Majestatis Dei. Sunt duo
loca Paulina, quo Sententia huic vim et robur adver-
sidentur Hebr 9: 11, 12. et 24. (*) Prior est fol. V. 11, 12. Sic
bet: Adveniens Xs futurorum Bonorum Pontifex, per
majus et perfectius Tabernaculum, atque non manufac-
tum, non etiam per Sanguinem Hircorum, sed per pro-
prium suum Sanguinem ingressus est semel in Sancta
rum, postquam Aeternam Redemptionem invenit. Ubi Tri-
umphalem Xti ingressionem in Coelum, factam post ejus Re-
surrectionem de Monte Olivarum 40 Diebus. Interpretes tempo-
ver

rum dubio vacuam urgent: quo tamen nihil absurdius, (**)
Alter Contextus est Hebr 9: 24. Ubi dicitur: Christus ingressus fu-
it in Sanctuarium non manu factum, sed in ipsum Coelum,
ut Coram Deo comparaceret. |: i.e. intercederet :| pro nobis. Ubi
minor adhuc dubitandi ratio videtur Interpretibus, quin illic
sermo sit de Triumphali Cti sui in Coelum Ascensione post
ejus Resurrectionem e mortuis. Quem Ingressum videtur sequi
Munus Intercessoris quod ad Dextram Patris potenter pro no-
bis exercet. Atqui inquiunt: Ad Dextram Patris pro nobis Interce-
dere spectat ad Triumphalem Cti Circumstantiam et occasionem.

Sed nihil absurdius, nihilque veritati repugnantius, quam
ut Locis a Paulo adductis intendatur Triumphalis Cti sui
in Coelum Ascensio facta post ejus Resurrectionem. Loca illa
nobis omnino vindicantur. Et dico: Duplicem fuisse Cti sui
Ascensionem in Coelum (+) una De cruce facta statim post ejus
Mortem, cum animam exhalavit, qua statim migravit in para-
disum, in Patris, ut severissimi Judicis conspectum. Hanc jam
Cti D. Ascensionem in Coelum figuravit Ingressus Pontificis
M. in SS.tum. De hac Cti Ascensione loquitur et Apostolus
Hebr 9: 11, 12. et 24. Hac erat humilis Cti D. Ascensio in Coelum.
(+) Ita. Cti Ascensio in Coelum fuit 40 diebus post ejus Resur-
rectionem, facta de Monte, inspectantibus Discipulis. Hac fu-
it non humilis, sed gloriosa et Triumphalis Ascensio. Hanc
Cti Ascensionem Pontifex M. suo in SS.tum Ingressu numquam
figuravit. Apostolus quoque Paulus l.c. Heb. 9: 11, 12. et 24.

Hinc

Huc oculos suos non intendit. Ingressus ergo Pontifex Maximus in SSmum semel quotannis, figuram se Agentis rem Christi in Coelesse Sanctuarium, non posteriorem illam, fuit. Triumphalem, qua facta et post Eius Resurrectionem, sed priorem illam, fuit humilem, de cruce statim post eius mortem, sequentibus Actis evidenter probabimus.

(1) Primo Dies ille quo Pontifex Max SSmum intrabat, fuit. Dies expiationis Anniversarius, erat luctuosissimus funestissimus plane, plenus merore, sordibusque pectoris ad eo, ut (*) Pontifex M. debebat tunc Vestes Pontificales, quod totae auro fulgebant, exuere. Vestesque humiles, fuit. lineas induere Lev 16: 4. et 23. (**) Totus Populus Israelis in luctu, jejunio, fletu, precibusque ad Deum fundendis ejus debebat, multa severitate animum corpusque macerando veniam peccatorum suorum vocare debebat. Hoc ab Gloriosa Christi in Coelum Ascensioni convenire negotium potest.

(2) dum Arg: Validissimum addam ex eo, quod Ingressus Pontificalis fuerit non post procuratam Expiationem peccatorum sed ante eam procuratam. Ingrediebatur enim cum sanguine piaculari recens fuso, et recens sanguine illo, SSmus egredi debebat, universo populo Israelis scopulum debat vivens, in Argumentum Numinis placati, Sanguinem Pontificis manibus recipientis. qui Colores non omnino convenient Scripturae illi Dici, quo Chs triumphaliter cum post ascendit in Coelum. Cum enim in Coelum cum triumphu

ascen

afendit, tunc jam Expiatio peccatorum totius Mundi facta erat.
(3.) Stringit porro forcitere hoc Augustus si fercio adverta-
mus: Populum Israëlis illo temporis intervallo, quo Ponti
fex M. in SS^um Rom. versabatur, animi anxium suspensumq;
fuisse, multisq; curarum fluctibus jactatum hosisse, quid si
forte Intercessio Pontificis M. pro toto Populo Coram Jehova
precibus suis carebit. Pontifex repudiabitur, Venia Coelesti
non impetrata. Summus ille Sacrorum Antistes dum in
Sid, cum fulmine percussus, in ipso SS^to Or. moriatur, sicq;
totus Populus manebit sub peccato. Peccatorum Expiatione
publica non procedente. Hoc lineamenta talia sunt, quo
nostiquam cadunt in vicinum halem Chti ascensionem in
Coelum, tunc jam Mundus universus naturae non amplius
poterat. peccata enim Mundi jam tunc expiata erant. Dia
bolus et Infernus profligatus fuerat. ergo Ingressus
Pontificis M. in SS^um Rom. aperte nos ducit ad illum Statum,
illumq; Chti D. ascensionem in Coelum. quum peccata Mundi
nondum expiata erant, Corpore Chti jacente in Sepulcro.
Tunc Orbis Universus naturae poterat, dubiusq; haerere:
quid si Chs Morte et Peccato detentus in Sepulcro non re-
surget. ejus Sacrificium in Cruce peractum Deo Patri,
ut severissimo Judici, et Vindici rigidissimo non placue-
rit, sicq; Universum Genus humanum in aeterna

Dam

damnatione et morte manebit.

(4.) Hæc adhuc illustrioce in luce collocare licet ex eo, Quod ingressus Pontificis M. in SS^m locum mirabilem in illum Temporis Articulum, quo Hircus Piacularis pro universo populo Israëlis mactabatur, Cadaver Hirci extra Castra exportabatur, Mactati hujus Hirci Sanguine ingressus est Pontifex. Ita cum Chr^o extra Castra i.e. extra moenia Urbis Hierosolimæ crucifixus est. Flammis vero Divino non crematus est, tunc Chr^o cum sua anima, tanquam cum sanguine piaculari pro humano genere fuso ascendit in Coelum, Sanguinem suum Patri repræsentans, tanquam λυτρον i.e. Redemptionis pretium, ipsi velut libandum ponderandumq^z.

(5.) Vim hujus Argumenti majori robore adstringit Miraculum illud, quod Mortem Chr^i multo cum horrore omnium oculis objecit. Excidit n^z Matthæus Cap. 27 Animam Chr^o agente Templi Velum scissum fuisse ex. Velum hoc est δευτερον καταπετασμα, ut loquitur Apost Hebr. 9. 3. Quod SS^m Sanctuarium a Sancto sejungebat. Inde jure optimo effici potest, momentum illud, in quo Servator noster Pontificius ingressus in Coelum figendus erat. Figendus est ille in Remotiorem Veli illius Mysterii, quo aditus in Coelum antea Fidelibus interclusus erat.

Ergo

Ergo figendus est Ingressus Xti in Coelum in articulo Mortis ejus: quando Crux Xti, quam Vetus Velum figurabat fuit pro morctem scipsa. Intendus hic est Xs Dns vitta solemni Corona Patrea comparcuipse, ut umbratico illi Solemnitati, quam Pontifex M. die Expiationis anniversaria praegebat, ad plenum responderet.

(6.) Tutissimum Cautio nostra praejudicium capiemus in directissima Auctoritate Pauli, Hebr 9: 25,26. Ubi ita ratiocinatur Apost: Pontificem nostrum fuit. Actum unico ingressu potuisse et debuisse defungi, alias necesse habuisset sapius i.e. plus vice simplici pati, a jacto Mundi fundamento, si suo ingrediendi Actu Munera sua Meditoria peccata expiare non potuisset. Est locus insignis, cujus mentem verbosum clarius evolvemus.

(•) Supponit Apost.: Xtus D. ut Summus Pontificem ingressum fuisse Coelestes Sanctuarium, ideo, ut peccatorum nostrorum Expiationem procuraret. (••) Supponit Eum ingressum fuisse eo ipso momento, quo novissimum sanguinem in Cruce fudit. animam in Patris manus commendavit, ut in Coelis praesentem staret, ut de praetio et Victoria ejus Patri, ut Judex justissimus, judicium ferret. Hoc Fundamento posito Argumentatio Pauli nervosa erit, et incon

cusso

cupso talo fabit. Unum ex altera Adversarios. Sententia omni carebit nervo. Hoc est Agli ratiocinatio: Si Xs unus plagis ingredienti in Coelum actu expiationem perpetuam adhibere non potuisset, tum non fl. semel debuisset impetere plurimis plagis. Sicut non semel debuisset pati, crucifigi, morigis, sed pluries. Scil. toties debuisset pati, crucifigi, morigis, quoties in Coelum ingredi voluisset. Est enim individuus nexus inter Mortem Xti et Ingressum Ejus in Coelum. Quod grande Mysterium enarrans Reli. gio nis nostra est. Sine ergo Dna Xti natura erit Pontifex, et Natura Ejus humana Victima Succidanea vicem forte plagis subivit, quas Xs de Cruce in Coelum ascendit.

Sexto hic notandum est. In ipsa Morte Natura Xti Dna ab humana ejusdem natura non fuit divulsa: adeo ut ea, quod humana Xti Natura, vel Dna Ejusdem Natura subiit profecto in negotio Salutis, id totus Mediator, totus θεανθρωπος, tota et integra Persona Mediatoris cruentum subiiget et profecto.

Hac ratione elucescit difficultas, qua nobis obvertitur: Qua ratione potuit Xs Pontifex in Coelesti Sanctario, Coram Patre, comparere, cum Corpus ejus in Cruce et Sepulcro jaceret? Resp. potuit non Divina Xti

Xti natura totum Mediatorem, totum Mediatoris Personam in Coelo sustinuit exprobrantibus, duo enim in Xto Natura in media quoq; Morte indivisa manebant.

(7.) Omnes Colores et lineamenta, quæ supra deximus, ad Cæremoniam, et Religionem Magni illius Solemnitatis expingendam, hic ad amussim quadrant in Xto. Etenim (·) Xtus animam in Cruce exhalante, dies fuerat luctu ac moerore plenissimus. tunc enim omnes Fideles una cum Capite Xto, arcto veluti squallore gemebant. (··) Aurea sua ornamenta i.e. Gloriam et Majestatem suam Pontifex noster Xs exuit, humilia induit vestimenta, i.e. se se exhumiliare debuit. (∴) Universus Coetus Israëlis, i.e. electus Xti populus, Apostoli, Discipuli, tunc temporis anxii dubiisq; hærebant. Verbo: Orbis terrarum Universus tremebat, tantisq; donec Corpus Xti in Cruce et sepulcro hærebat, animamq; ejus in SS^m locum, i.e. in Coelo apud Patrem erat. Quid si Deus Pater λύτρον a Xto præfixum non acceptabit. Corpusq; ejus in morte manebit, nec unquam resurget, sic totius Salutis negotium concideret.

(8.) Attexenda est Cæremonia, quæ fuerat tunc, cum Pontifex M. SS^m locum ingressus est. Quæ sacra Cæremonia sententia nostra vim roborq; addit. Ea præfert Lev 16: 17. Nemo hominum sit in Tabernaculo Conventus cum Ponti-

Pex

fex ad Expiationem faciendam ingrediture. Removebantur hac lege omnes Socii et Festes Stationis illius, quam Pontifex M. in S S^{2}torcum die Expiationis obibat. Vis et veritas hujus Umbrae conspicitur in Xto morente et animam suam in manus Sui Patris reddente. Illo enim tempore Xs solus ingressus est in Coelum Sanctum nullo vel Angelo vel homine Eum comitante. At in Triumphali Ejus in Coelum Ascensione, quae post Resurrectionem Ejus erat, Choros Angelorum, Triumphos acclamantium, Eum comitabatur.

Ex his cuique patet, Pontificis M. ingressum in S S^{2}torcum figuram esse Ascensionem Xti^{2} in Coelum non precisorem sed Triumphalem illam, quae facta est post Ejus Resurrectionem. Sed precisorem illam, quae facta est de Cruce, cum et Latroni dixit: Hodie mecum eris in Paradiso. Atque sic hanc Materiam nobilissimam disserimus, quam pauci Theologorum et Criticorum ex consigno ventilare solent, mala Hypothesi imbuti fere omnes, quam nostrae opponunt Sententiae. Pro nobis est Vir in hisce Antiquitatibus pro aliis, quos mihi legere datum est, longe jubatissimus, Celeb. Albertus Schultensius. Aliqui tamen hujus Sententiae nostrae adsuderunt Viri pro cellentes Jacobus Abbingius et Rhefordius.

Hoc

Hoc de Literali Expositione SS^{z}torcum, Ejusq^{3} Ornamentorcum. Quicquid in Literali Tractatu dedimus, id omne fine Sensu Spirituali efset ut arena fine calce. Quare res ipsa postulat fradeq^{3} ut demus Mysterium (Ⅎ)mo Ejus SS^{z}torcum. (Ⅎ) Mysteria eorum quae in SS^{z}torcum erant.

(Ⅎ) Quantum ad Mysterium Sancti S^{z}torcum. (Ⅎ) Illud describamus. (Ⅎ) de Luculentioribus Corporibus illustrabo.

(Ⅎ) SS^{z}torcum Spiritualem Significationem habuisse, nemo negabit. Diximus in Praecedentibus: Totum Tabernaculum Leviticum figurasse Ecclam 7ti Ord: unde jam palam eluet: Distinctas Tabernaculi partes, ut Atrium, Sanctum et SS^{z}tor recipisse diversos et distinctos ejusdem Ecclae 7ti Ord: Status et Conditiones. Scil. (1) Tabernaculum in Deserto circumportatum, figurasse Ecclam nascentem in Gentilismo Rom^{z} huc illuc disperatam et jactatam. (2.) Atrium Tabernaculi Ecclam 7. Ord^{z} externam. (3.) Sanctum Ecclam Internam. Ergo (4) SS^{z}torcum figurasse Statum Coelestem. vel (·) Atrium figurabat primam hominis admissionem ad Deum, ejusq^{3} cum Deo familiaritatem. (··) Sanctum interiorem admissionem ad Deum. (∴) S. S^{z}torcum vero intimam hominis admissionem ad Dei Familiaritatem.

Quod vero SS^{z}torcum Typus fuerit Regni Coelorum Statusq^{3} beatorum in Coelis patet ex Hebr. 9:24. Non in manu facta

facta Sanctuaria ingressus est Xs, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, quæ veri Sanctuarii Typi erant, sed in ipsum Coelum. Duobus verbis significanter innuit Apostolus: Terrestre illud SStorium fuisse, oppositum Coelesti Sanctuario Typum alterius veri Sanctuarii, scil. ipsius Coeli. Duplex enim Sanctuarium hic memorat Apost. (·) Unum manu factum Typum et Umbram prophanioris et realis Sanctuarii. (··) Alterum Sanctuarium quod appellat ἀληθινόν verum reale, in quo res typo adumbrata vere et realiter adest. In hoc reale Sanctuarium Xs ingressus est. Secundum hoc ait: (I) In Atrio versatur quis in hac vita, qui initiatum tantum habet cognitionem de Deo, de Cto, fide et Religione, sicqs primitias D. cum Deo familiaritatis habet. (II) In Sancto versatur, qui insignem in his omnibus progressum habet: (III) In SStorium versatur, qui confirmatissimus omnibus in his evasit, ac in vita spirituali optime firmatus. Cujus rei summa perfectio erat in Statu Gloriæ.

(∓) Secundo: Luculentioribus coloribus SStor illustrat

(I.) Nomen hujus Sanctæ dis est קדש קדשים SStorum Ita Regnum Coelorum, ut Sedes Beatorum, et vita hominum his in terris vere spiritualis, est omnino ipsum SStorium est enim habitaculum Sanctitatis Dei Esa 64.1. (2) In SStorio fuit Triclinium Dei. Ita in Coelo, et in vita hominis spirituali

in

in Spiritualibus hominum Actionibus Troneum sibi Deus erigit, Esa 66: 1. ubi gloriose hospitatur. (3) In S. Storum non patebat aditus, nisi immediate ex ipso Sancto. Ita nemo Regnum Coelorum ingredi potest, nisi verso Evangelio Mysterium, et intimo admissionis apud Deum fuerit. (4.) In SS Storum solus Pontifex M. ingredi poterat, isq; cum sanguine piaculari. Ita nemo Regnum Coelorum ingredi potest, nisi intimam cum Deo familiaritatem, per vitam Spiritualem, contraxerit, et sit veluti Pontifex coram Deo, et sanguinem Victimæ piacularis, scil. Christi apud se habeat etc. (5.) In S. Storum ob aurea resplendebant; ita in Regno Coelorum Gloria et Majestas Dei omnem cum splendorem exhibebat. Deus enim Gloriam suam posuit super Coelis Psal. 8: 2. Verum cum per se satis illustrem amplius illustrare necessum non est.

(6.) - do Peritius jam penetrandum est in SS Storum, atq; videnda Mystica significatio ob ejus ornamentorum. Ubi (a) mo Mysterium Veli. (b.) Mysterium Arcæ Foederis (c) Propitiatorii. (d.) Tabularum Legis. (e) Cherubinorum. (f.) Nubis supra Arcam. (g.) Manna. (h.) ac Virgæ Arcanis. Deniq; (i) nono Mysterium Libri Legis.

(a) mo Sabo Mysterium Veli. Sub ipso Velo sensum Spiritualem latere nemo in dubium revocare potest. Scripsima hanc in rem exstat Apostoli Auctoritas Hebr 10: 20. Ubi docet

270. Antiq Hebr P. I. De Locis Sanctis

Docet per Velum figuratae Carnem Xti. In explicando hoc locum minus felices Interpretes a mente pauli longe abeerrant. Quare dabo hic (☿) Aliorum Sententiam. (☿) verum subjungam Criticum.

(☿) Quantum Aliorum Sententias attinet:

(○) Receptissima Sententia habet: per Velum hoc Mosaicum figuratam fuisse Humanam Xti Naturam. Quo Natura Xti Humana Ejus Divinitatem quodam modo obvelaverat, et occultaverat, et ab aspectu communi seclusserat.

(○○) Celeb. VanEil. Vir in Mysticis egregie subactus, censet: per Velum figuratum fuisse Munus Xti Propheticum, cum Doctoribus N. Fri Communicatum. Quo Secreta Dei et Xti revelavit, et Ministri Evangelii revelata solent, quibus Munus Propheticum divinitus datum est. Hoc Apostolorum l. c. intendisse ait Vir Doctus, quando Velum ad similat Carnis Xti sui, scil. ipsi Xto in Carne adhuc versanti. Quod Velum Mysticum, scil. Carnem Xti vel Munus Xti Propheticum tunc demum raptum est, quando Xs Munus suum Propheticum in Carne sua consummavit in terris, quando simul Fidelibus via in Coelum, aditus in Coelese Sanctuarium, hactenus praeclusus, patefactus est. Sunt ha Meditationes per quam implicitae rectam Theologo, quatenus erat Filius, convenientes. Videtur enim

enim Vir Doctus per Velum Mosaicum mystice intelligere et Carnem Xti, et Munus Xti Propheticum, communicatum Ministris progs Evangelii in N. T.

(ooo) Sunt alii, qui per Velum Mosaicum contendunt figuratas fuisse Cerimonias Mosaicas. Quibus tanquam Velo oppanso fulgor Evangelii, praefis temporibus, fidelium oculis erat seclusus. Quo pacto Velum, quo Moses faciem suam texerat, ufu venisse censent, 2 Cor 3: 13. Hisce Philologis, ex veteribus, praeiverat jam Theophilactus, qui ad Matth. 26: observat: Expirante Cto Velum Templi discissum percendisse emotionem omnium Cerimoniarum Mosaicarum tanquam Umbrarum. Sed pace horum Philologorum dico: Quicquid circa Tabernaculum erat, id omne figurarit Rem N. Tri. Sed Cerimoniae Mosis umbraticae non erant res N. Tri, sed erant res V. Tri. Ergo Velum Mosaicum, seu Velum illud quo SStorum a Sancto secludebatur, non Cerimonias Mosis umbraticas figurarit. nam ita Res umbratica ut Velum, non rem realem figuraret, sed rem aque umbraticam, sicqs Umbra umbram ut figuraret.

(ooo) P. Virgius, in Diserc. de Mysterc. Tabernaculi Levit. ait: Velum figurare quoqs Coelos visibiles, qui sunt primo Dei Domicilio, tanquam Velum oppandantur,

et

Habitaculum Dei oculis nostris intercipiunt. Per Coelos hos Xs transivit, quando cum Triumpho in Coelum suprema. mum subvectus est. eoqs alludere existimat Vir Doctus Apostolum Hebr 4: 14. Habemus summum Pontificem Jesum, qui Coelos pse transivit &c. Postremam hanc Vi. Hii Sententiam plane ridiculam censeo; in aliis autem vocis falsa sunt mixta, ac proinde

(♀)do dabo Operam, ut Excellentiss hujus Typi scil. Veli vocitatum Spiritualem, multis obscuratam tenebris, in lucem apertam proferam.

(☉)mo. Concedo quidem ex mente Apostoli Velum significare Carnem Xti Dni: Sed nego significare humanam ejusdem naturam: aliud quippe est Carne Xti, ut Apostolus loquitur: aliud vero Humana Xti Natura. Caro enim Xti jam abolita est. Veteresqs illa Exuvia Carnis Xti in Sepulcro condita, in Aeternum sunt obruta, adeo, ut nunquam emergant: quum e contrario Humana Xti natura victrix et triumphus emersit. Sepulcro exiit, et beata immortalitate gaudet. Caro scil. Xti secundum Stylum Apostoli, erat ea Xti Dni conditio, qua tanquam Sponsor peccatis adhuc Xs tenebatur, et sub Reatu jacebat. Verbo: Caro Xti erat Status

ille

ille Xti humilis, qui multis imbecillitatibus, multis laboribus, cruci, morti obnoxius erat; tandemq; Sepulcro condendus; ex quibus Xts omnibus sua Resurrectione emersit.

Quibus verbis inhorrens Villalpandus scribit: Eas omnes aureas gloriam auteis seu velis intextam, una Columnis et Vitis. Ubi quod auream dixit Josephus id Villalpandus non de solido auro sed de filamentis aureis velo intextis vel vel illupis capit. Si vero hoc vera esset, sequeretur, Vitem auream non ex solido auro fuisse, sed tantum texturam aliquam in velo aureis filamentis factam, ut in linteo vites una vacuis fieri solent. Sed aliter sonat Textus Græcus apud Josephum: nam post Antheoricum et Columnarum mentionem, subjungitur mentio Vitis aureæ, quæ non in ipso Aulæo vel velo, sed supra Velum et supra Pergli fores se se expandebat.

Addimus illustrationis gratia, insigne hoc Ornamentum scil. Vitem auream in usu fuisse apud in Palatiis Regum Orientis, ut Athenæus, Herodotus, Plutarchus, et Plinius referuntur de Regibus Persarum. Traditur etiam de Principibus Assamonæorum, qui Domo novissimis temporibus versum judaicarum potiti fuerunt, palatia sua vite aurea superbe ornavisse. Qualem Vitem auream Pompejo in Cilicia agenti, Domo miserat Aristobulus, una cum Patre Hyrcano

De

de principatu contendens. Tanta magnitudinis et amplitudinis Vitis hoc aurea erat, ut Strabo apud Josephum, eam Horetum magis quam Vitem appellet. Hoc Vitis Archelobuli non est confundenda cum Vite Templi 2di, ut Magnus Lipsius confudit. excorcens suum haurviens ex Florco qui ait: Pompejum ingressum Templum Hierosol. Vitem Templi 2di sacrilega manu diripuisse, hoc verum quidem, sed tamen alia fuit Vitis illa quam Archelobulus dono miserat Pompejo, alia vero Vitis Templi 2di quam Pompejus diripuit.

Quamquam hoc ornamenta, quo jam recensui, scil. Mensa aurea, Lampas aurea, Fabula aurea, et Vitis aurea, Majestatem et Decus ingens Templo 2do Conciliarerint. Omnis tamen Gloria Templi hujus evanescit, si conferatur cum Templo Salomonico. Quemadmodum Deus id fecerit quoad ingenio et Doctrina facile Princeps Rabbinorum Abarbanel; qui talibus in Haggaeum Commentatur: Gloria Templi 2di negat in Edificii profantia, negat in Supellectilium ornatu et pretio Constituenda esse. Vocabulum enim הֵיכָל non ad Edificii profantiam, nec ad opes Templi 2di spectat, sed ad profantiam Dei, et ad Templum Dei, quod

Inde

Inhabitationes Dei Demus beabitur. Supponit Abarbanel Haggaeus loqui non de Templo 2do seu Zorobabelis. Verum de Tertio aliquo Templo. Sed quod 3-ium Templum fingat Abarbanel abjurde agit. Haggaeus loquitur de Templo 2do non 3io. Cujus Templi 2di כבד Gloria, pro Templi Imi Gloria ideo eminuit, quod in Templo Imo Umbraticum P. Schechinna fuerit i.e. profentia Dei signum P. exercitus Symbolumque P. Umbraticum fcil. Nubes super Arcam F. fuerit; Sed in Templo 2do profentia Dei realiter adfuit, fcil. Filius Dei, qui realiter σκηνοῖ ἐν ἡμῖν habitat in nobis etiam.

Disputationem hanc non inutili profione clau. Demus: fcil. An Arca Foederis adfuerit in Templo 2do vel non? Doctores Talmudici uno omnes ore fatentur defuisse, ejusque loco in Sancto Sanctorum grandem collocatum fuisse lapidem, quem appellarunt שתיה אבן Lapidem profitionis, sive fundamentalem; de quo lapide ingentes virtutes et prodigia jactant Rabbinorum Magistri, de quibus infra Commodius. Cum Arca Foederis defuisse etiam Templo 2do, Schechinnam, Urim et Thummim, Ignem Coelestem, et oleum Unctionis refantur Magistri. Quorum defectu Templi 2di

2di Majestatem nimium imminutam fuisse vehementer deflebant Judi.

(+) Rabbi Araricas inter Judos vocabit: Arcum fed. in Babylonium ex Templo Imo deportatum reductum fuisse Hierosolymam, primisq; temporibus stetisse in Templo 2do. Verum tamen a Syro-Macedonibus peritus ablatum, nec amplius reductum in Judeam. Aitq; Araricas: tempestate Alexandri M. 5 res supra memoratas, adhuc adfuisse in Templo in Templo 2do. Sic Vaticinium Haggai, quod Gloria Templi 2di major erit, quam Imi, impletum est tempestate Alexandri Magni. Unum adhuc vas illud S. etiam in Templo 2do praesentes erant.

(++) Sunt et Christiani Doctores, qui Talmudicis se opponunt, Temploq; 2do Arcum F. adfuisse contendunt, atq; ad ultimum Templi Excidium: tandem Titus Vespasianus ultimam vocinam Templo inferens Arcum F. quoq; divigunt, atq; in Triumpho eum circumduxit. Tradit Adricomius: Arcum illum a Tito Vesp. ductum supra Romam, hodieq; in Templo Lateranensi asservari, arcu tamen suo exutum. Sit idem Vir Doct. in Arcu Triumphali Titi Vespasiani, cujus vestigia Romae supersunt Effigiem Arcus fed.

hodie

hodiedum conspicii. Verum gravissime erravit Adricomius, nam in Arcu illo Triumphali nulla Templi Idi spolia adparent, nisi Mensa aurea, et Candelabrum aureum. Vide Auctorem nostrum in eleganti ejus opere de Spoliis Templi Hierosolymitani Idi. Ubi effigies Arcus hujus Triumphalis summa cura et Inspectione, uti nunc Romæ conspicitur, expressa est. Denique Josephus de Bello Jud. L. 7. C. 18. refert: Inter Spolia, in Arcu Triumphali, enimvero Mensam auream et Candelabrum aureum, item que Volumen Legis. Ubi nullam Josephus Arcus T. mentionem facit, sed ipse et verò, si Arcus T. in Arcu Triumphali conspecta fuisset.

Cum disputando hue delati simus adexamus proferemus Arcus Federis Fatum; ingens enim est hoc Philologorum fluctuatio.

(*) Sunt qui dicunt Arcum T.: stante adhuc Templo Imo: ante Exilium Babylonicum paucis diebus reconditum fuisse a Jeremia in Speluncâ Montis Horeb. Cujus Fabulæ mentio exstat apud 2 Macab. 17: ubi subscribunt Pontifices, qui librum Maccabaicum divina auctoritate extollunt. Idem Svaviludium nobis reddit Pseudo Josephus, quod etiam Patres Veteres Epiphanius Theophilactus & amplexi fuerunt. Imo nomine Epiphanis

Cic

Circumferuntur hoc verba: Novissimis Persecutionum diebus Arca F. recondita est a Jeremia in spelunca Montis Horeb: Verum inde demum in lucem proferetur, collocabitur q3 in Vertice Montis Sina, quo omnes Sancti confluxi sunt. Spelunca autem Montis Horeb nunc delituit, et a nullo Mortalium invenitur: Sigillum enim Dei ei impressum est. Nubesq3 Circumfusa aditum prohibet. Verum Epiphanius vix tam Credulus fuit ut hoc Credere potuisset

(**) Alii censent: Arcam F. non a Jeremia fuisse periculo prodq3 subductam. Sed Regem Josiam fuisse auctorem ut Arca illa periculo exigeretur, et non in monte Horeb, Verum in fornicibus subterraneis Templi Salomonici reconderetur. Quos fornices Salomon, sub Templo, hunc in finem fieri jussérat, ut ingruente calamitate, Arca F. aliaq3 Templi vasa Sacra iis reconderentur. Ita Josias Rex monitu Huldæ prophetæ, cum Calamitatem publicam ad fores fanæ videret Arcam F. cum Urna Manna aliisq3 Vasis, his in fornicibus reconderé jussit. Huc detorquent Doctores illud quod 4 Esr 2 Chron 35:3. Ubi Rex Josias jussit Levitis. Ut Arcam reponerent in locum quem Salomon ædificaverat.

(**) R. Eliezer autem aliiq3 Contendunt, Arcam F. in Babyloniam deportatam fuisse, ut jam monuimus probantq3 id ex 2 Chron 36:10. Misit Nabugodonosor, et Jojakimum Babyloniam deportavit, cum Templi Vasis pretiosis.

Idem

Idem R Simeon, Ben Jochai affirmat, ex 2 Reg 20: 17. Omnia deportabuntur in Babyloniam ex Domo hac, nihilq; relinquetur, inquit Dominus.

(∴) Contra disputavit R. Juda Ben Lakis, dicens: Arcam F. non fuisse in Babyloniam deportatam, sed in Cunetavi Sanctuarii fuisse reconditam. R. Hakman in Cunetavi ignorans reperitam. Additurq; in Gemara Hierosolymitana, Dicit Schechalim talis fabula: Cum Sacerdos ligna in Cunetavi scinderet, manibus ejus Securis elapsa, locum illum ubi Arca delitescebat vi. olavit, tumq; subito ignis inde erupit Sacerdotemq; necavit. Unde manifeste colligebatur Arcam F. ibi reconditam esse. Hoc Commentum morbicus defendit Abarbanel; Contenditq;: novissimis diebus, quum res Judaicæ reflorescent, Templumq; illud 3 ium, de quo ille somniat ædificabitur. Arcam illam Cunetavi illo extrahendam, suisq; sedibus antiquis reponendam.

(∴) Nobis verosimile esse videtur: Arcam F. cum Templo Salomonico conflagrasse. Quamvis res majoribus tenebris involuta sit, quam ut quid certi stabiliri possit. Possent loca quæ a Gemaricis laudari hactenus vidimus, exstant quædam S Sacræ

loca

loca, ex quibus colligi potest, Arcam fo. Babyloniam fuisse deportatam in Spoliis, ut (·) 2 Chron 36:18. Oa instrumenta Domus Dei, majora et minora in manus Chaldaeorum devenerunt. In quibus Instrumentis eam principem locum tenuisse Arca F. eam eximere debuisse Sacer Scriptor, si in Spoliis deportata non fuisset. (··) Thren 1:6. Exivit a filia Sion omne Decus ejus: Ubi per Decus Talmudici κατ' εξοχην intelligunt Arcam F. et deportatam fuisse inter Spolia, et Combustam cum Templo Salomonico. (+) Aeream Arcam detractum fuisse, deportatum ablatumque. (∓) Lignum vero Arcae combustum. Atque hoc de Singulari Templi 2di pro Templo 1mo prerogativa, dicta sunto.

Secundo jam lustrabimus Templum 2dum. Ubi videbimus de Situ Templi Soliqs Dispositionem.

1. Spatia Templi definiemus.

2. Situm Templi Soliqs Dispositionem recte Auctore §.3. quem legendum Commendo. Sufficit dicere: Templum 2dum aedificatum fuisse in Summo montis Moriah jugo. ubi et Salomonis Templum structum fuerat.

1. Definiendum est Spatium Templi de quo habet Auctor §.4. Omne illud Spatium, quod in Monte Moria

erat

erat, Ædemque Sacram undique cingebat, dividunt Judæi, Templum ædemque describentes, in 3 partes. Ædes ut (I) mum Spatium fit הֵיכָל Mons Templi, dictum Spatium eximium. (II) dum Spatium קֹדֶשׁ i.e. Spatium ante Murale. (III) mum Spatium הַקֹּדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים i.e. Atria quæ fuerant Atrium Mulierum, Israelitarum, et Sacerdotum. Ex his Atrium Mulierum, Israelitarum, et Sacerdotum. Ex his Atrium Mulierum habebatur pro קֹדֶשׁ i.e. pro loco minus Sancto, ipse ac Mons Templi sive Spatium eximium, et Spatium ante murale. Sed Atrium Magnum הַקֹּדֶשׁ κατ' ἐξοχήν, quod complebatur Atrium Israelitarum, et Atrium Sacerdotum, habebatur pro הַקֹּדֶשׁ i.e. pro loco Sancto. Hoc enim in loco debebat comedi a Sacerdotibus, quicquid intra Velum Tabernaculi, vel intra Murum Templi solebat ab iis comedi.

Nos vero omne Spatium Templi dividimus (α) in Exercitus. quod Complectitur Montem Templi, Spatium ante Murale, et Atrium Mulierum. (β.) in Inferius, quod Complectitur Atrium Israelitarum, Atrium Sacerdotum, et ipsum Ædem Sacram.

(α) Quam

Ihs. 102

(α) Quantum ad Spatium Exercitus Templi adtinet: Completitur illud (a) Montem Templi. (b) Spatium ante Murale, (c) Atrium Mulierum.

(a)mo Lustrabimus Montem Templi §.S. Hoc nomine designabatur omne illud Spatium eximium, quod in Monte Moria erat, preter ה ס ר i.e. preter Spatium ante murale, et preter Atria. Ejus mentio est Ezech 10: 9. Ubi totus populus dicitur confedisse בֵּית יְהוָה in platea Domus Dei. Totum hoc Spatium procedebatur in latitudinem quinquorum cubitorum, tantumq; longitudinem. Quilibet cubitus 5 palmos, quilibet palmus 4. digitos habens.

In hoc Spatium ingredi non licebat (1) cum baculo. (2) Pera seu calceis. (3) Zona pecuniaria. (4) pulvere pedibus adhærente. (5) Vid compendium per hoc Spatium fuerca non licebat. (6) Spuere in terram licebat, ut readunt Talmudici in Codice Berachoth 9: 5. Quod si verba sint, inde pulvere illustrabimus locum Matth 10: 9,10. Ubi ex Discipulis suis, Evangelium in terra Israelitica primum annunciaturis, ita præcipit: Ne comparate aurum, non argentum, neq; æs in Zonis vestris, non peram ad iter, neq; binas tunicas, neq; soleas, neq; baculum. nam dignus est operarius mercede sua. His palam significatur, per adventum Messiæ mutatum esse faciem rerum. ut. fol.

reve

(α) Quan

reverentia, puritas et Sanctitas, Quod ante Mesiæ ad-
ventum tantum Terræ sui Monti Templi competebat;
jam post Mesiæ adventum toti et universo Terræ
Israëlitici competit. Hinc groqs explicandus est v.
14. qui non excepcrint vos, neqs sermones vestros au-
divercint, exeuntes Domo vel Urbe illa, excutite pul-
veres pedum vestri. Scil. in Monte Templi, |: qui locus
Universam Urbem Hierosolymam Sanctitate sua su-
perabat, :| pulveres pedibus excutere non licebat.
Jam innuit Dominus; quod Terræ illa, Domus, et Urbs,
in quibus Discipuli Cristi non receptentur, declarabitur
prophana, exitqs non Sancta, adeo ut ibi pulveres pe-
dibus excutere liceat. Lepidum est quod readunt
Talmudici: Alexandrum Magnum cum ad Montem
Templi accederet, rogatum fuisse a Judæis, ut Calceos
exueret suos, rationem suggerentibus: nimis loricatum
Urbi cumqs esse pavimentum, adeo, ut super eo
Calceatus nemo incedere posit.

Notarunt Magistri Judæorum, Spatium Montis Tem-
pli (·) Maximum fuisse ab Austro. (··) Minus ab Oriente
(:·) Iterum minus a Septentrione. (:·:) Minimum vero
ab occasu. Totum vero Universumqs Templi Montem
cingebant undiqs Porticus. i.e. ædificia Columnis

Suspensa

suspensa, ac superne contecta adversus solis ardorem
aerisq; injurias. Columnæ quibus porticus insistebant
erant altæ cubitos 25. Quælibet porticus alterum angulo
opponebatur; excelsa longa porticuum series stadium
unum, seu passus 125. Ad ædis fol. Montis latera, Orien-
tale, Occidentale, et Septentrionale, erant porticus
duplices. Versum ad latus Australe stabant porticus
triplicis ordine. Actum de his porticibus. (†) Partes ea-
rum nobiliores dabimus. (††) Portas perlustrabimus.

(†) §. 6. In parte Montis Orientali videtur (•) quæ
vocata Porticus Salomonis, in qua legimus ambulasse Jesum.
Joh. 10: 23. Laudumq; ab utero matris fanatum, coram
populo Deum laudasse Act. 3: 11. et Apostolos una fuisse
Act. 5: 12. Videtur quoq; (••) hic quærendum πτερύγιον
τοῦ ἱεροῦ Pinnaculum Templi, vel Sancti, unde volebat
Diabolus ut Jesus se præcipitem daret. Mat 4: 5. Testis
enim est Josephus suspendam hic fuisse Vallis profun-
ditatem, ut deorsum spectantium oculi caligasserent. (::)
Hic quoq; erat Domus Synagogæ בית הכנסת. in
qua Jesus in medio Doctorum et Judicum sedebat, ut videtur ex Luc. 2: 46. (::) Hic quoq; fuerant

שערות.

ת ל ש Conclavia illa ו: Porcis ו ל ש :| in qua Conclavia Synedrium Magnum, relicto Conclavi Parit 40. Annis ante Excidium Templi immigravit. (::) Hic quoq; pendes in Sacrificium apta vendebantur, ut patet ex Gemara Hierosolym. (::) Hic Confidebant Fragerita, quo referimus locum Joh 2: 14, 15, 16. Invenit (2) ès in Templo venditores bovum, ovium, Columbarum, itemq; nummularios sedentes, factoq; e funiculis flagello, omnes Templo ejecit, et oves, et boves, argentariorum Nummos effudit, mensasq; eorum subvertit &c. (⁘) Hic erant Conclavia, in quibus Levitæ Cibos sumebant, et dormire solebant, dum non ministrabant, nec exercitia agebant. Ubi Hasce Porticus in Orientali Montis Moria parte sita, dicta fuit Porticus Salomonis. (†) Quia fuit sita eo in loco, quo olim Porticus a Salomone ædificata fuerat. Vel (‡) Quod deflagrato Templo Salomonis, hæc Porticus intacta permanserit. Vide Joseph Antiq. Lib. 20. Cap. 8.

Existimant Vulgo Interpretes: Servatorem a Diabolo tentatum ad Verticem seu Pinnaculum Templi 2di adductum ibiq; collocatum fuisse, ut

ut se precipitem daret, ut est Matth. 4: 5. Versum
inepte, nam Templum hoc supernè seu in vertice
non erat planum, ut ibi Xs̄ consistere potuisset.
Fastigium enim Templi 2di erat acutum, imo,
ut sub dorcum Annales docent, Versubus et Obelis
arcis acutissimisqs, tanquam totidem acubus hyri-
sque totum Templi 2di Tectum, fastigiumqs ubi-
que vestitum horrebat, adeo, ut ne aves quidem su-
per recto consistere potuissent, multo minus homo
aliquis. Ineptum ergo est dicere: Xs̄tum a Diabolo
in Tectum Templi acutissime fastigiatum fuisse
adductum. Ergo per πτερυγιον τ῀ ἱερ῀, in-
telige hic ipsum montis Morcia dorsum, i.e. Margines
seu partem extimam, Australem Orientemqs versus,
quod his rationibus commode firmari potest:
(1.) no πτερυγιον Diminutivum a πτερυξ, notat
alulam, parvam alam. atqui ala non supremam sed
lateralem extimamqs rei partem notat. Ita auctum
pars extima audit πτερυξ; ut et Scapularum pars
extima et eminens; et vestium laciniæ dimidiatæ
πτερυγες et πτερυγια. Ergo πτερυγιον

inepte

incepte referetur ad fastigium Templi. (z)do Pinnaculum non fastigium Templi notat, sed varius ejusmodi intergectum aliquid, cujusmodi Murcus pinnatus apud veteres erat  in Vertice quasi dentatus.

Objectio: Memoratur περιοχον τ῀ ἱερ῀ i.e. Pinnaculum Templi non Montis, nam ἱερον Templum referetur non ad montem. Resp. Mons prop. Moria adpellatur ὄρ῀ ἱερον, i.e. Sanctum quid. Ergo per περιοχον τ῀ ἱερ῀ Ora montis Moriæ extima intelligitur. Sub hac Montis ora autem profunda erat profunditas, adeo, ut respe Josepho ex hac Ora deorsum spectantium oculi caligarent, et capita rotarent. Vallis enim erat profundissima. Murcus autem supra planitiem Montis eminebat altus 300 Cubitos. Supra Murcum vero 300 Cubitos altum ædificata erat Porticus, ad altitudinem 25 Cubitorum. In hanc Porticum adduxit Diabolus Christum Matth. 4:6. dicens: Si Filius Dei es, dejice te deorsum.

§ 7.

(ll)-do. Agendum est de Portis, quæ in totius Montis Templi ambitu fuerant, ad quas Levita

Exeubias

Excubias noctu agebant. Fuerant porta ille 5.
(1)ma Erat Porta dicta Sufan, Exargs ad orientalem
Montis partem, unde non multis audit שער הנצרח
porta orientalis. Vide Berachot 9: 5. Vicinæ Porta
Sufan, (·) a ששׂושׂ lætanci, gaudete, quod omnis lætitia
ad hanc portam peragebatur. Ad hanc Rotationem accidit
Græcum ὡραία, lota, amena, Act. 3: 2. Ubi θυρὰν ὡραίαν
portam speciosam dant Interpretes. Verum verti debet:
porta lota, amena. (··) Aliis porta Sus sic dicta est ab
Equis, ששׂ enim notat Equum, sic dictum a lætando,
major enim lætitia non est, quam in Equo. Vel dicta est
porta Sus, quod Porta equorum huic Vicina erat. (··)
Aliis dicta est Porta Sus, ab Urbe Sufan vel Susa, quo
erat Regia Persis Civitas; Cujus Urbis Susa imago ad
hanc portam depicta conspiciebatur, Ut ita Porta hoc
jugum Persicum, quo olim premebantur, Judæis in
memoriam revocaret. Denique ut Liberationem a
jugo Persico, in Urbe Susa, ad intercessionem Esthere
factam, Esther 3. et 4. Cap. Judæis in memoriam revocaret.
(2)-da et (3)tia Portæ ad Aquilonem sitæ erant, quæ
dictæ fuerunt Porta Hulda, quod Hulda Prophetæ
ad has portas sua habuerit Domicilia. Ædificabant
Judæi has Portas nunquam destructum ire. (4)ta

Porta

Porta ad Occidentem dicta Kiponos. Sic dictam vo. lunt a κιπος vel κυπος, quod in Vicina hujus Portæ fregrentes fuerint Horti, a κυπος Hortus. Sed dixi supra: Hierosolymis nullos fuisse Hortos, nisi quidam tantum Rosarios. Ergo Porta Kiponos dicta est a Kiponio Vico, Judæ olim Prefecto, vel Procuratore Vide Joseph. Antiq. L. 18. C. 2. (S.)ta Porta Taddi a ס ד ו Porta vel Palmira; quia supra hanc Portam erat Condave, in quo Psalmi Davidici a Levitis Cantari solebant. Male igitur dicitur hæc Porta Ferri a Vico aliquo Ferri dicto; ut vult Auctor noster.

§ 8.

(b)-do In Spatio Montis Templi exercitore occurrit Spatium ante murale, dictum ח ס ל quod erat inter Montem Templi et Atrium Mulierum. Longum erat Cubitos 10. Distinctum a Monte Templi Septo Cancellato ס ר ג ד dicto. Josephus L. 6. C. 6. de Bello Jud. Septum hoc appellat δρυφακτον λιθινον, Structuram ex Saxis politis. Columnis hujus Septi inscripta erat lex Castimonii ab Hæretitis servanda. Inscripta Columnis illis hæc inscripta legebantur verba: μηδενα ἀλλοφυλον ἐντος τοῦ ἁγιου περιεναι Non debere alienigenam intra Sanctum locum penetrare.

Item

Item Columnis illis hoc Hebraeum inscriptum legebatur: זָר לֹא יִקְרַב וְיִנָּקֵשׁ Alienigena hic intrans morietur. Vide Num. 1: 51. et alibi. Quibus Verbis Gentiles arcebantur a Judaicis Sacris, ne intra Sacrorum ἱερὸν ἱερὸν procedere centum, quod ἅγιον appellatur. Interim notante Josepho, hos Cancellos Gentiles venerabantur, et procul ab iis frontes solebant preces suas fundere. Hinc pulcre illustrandus locus Luc. 18: 13. Ubi legimus Publicanum non ausum esse prope accedere, ne oculos tollere, sed πόρρω δὲ ἀπὸ longinquo procul a Cancellis stetisse, pectus suum percussisse, et orasse. Ubi enim hujus Sanctioris veneratione exceptus erat, quippe erat ille alienigena, et Exactor Rhus. Verum Pharisaeus natione Judaeus, intra Atrium ingressus, has superbas preces fudebat: Gratias tibi ago Domine, quod non sim ut reliqui homines &c.

In hoc Spatio ante Murali erat הַר הַבַּיִת Collegium seu Auditorium magnum; Ubi Judaei Sabbatis, Festisque diebus confidere solebant, i: qui aliis diebus in Conclavi Parit confidere debebant. Vide in Gemara Sanhedrim 88: 2. i propterea quod Festis et Sabbathis diebus magnus populorum confluxus solebat esse circa Spatium Ante Murale, quos Conclave Parit ob suam angus-

tiam

tiam, capere non potuisset. Atque hoc de Spatio Templi ante murali dicta sufficiant

§ 9.

(c) Tertio lustrandum est, in Spatio Templi exteriore, ipsum Atrium Mulierum, in quod ex Spatio ante murali ascensus erat. In Templo I duo tantum erant Atria, Atrium Sacerdotum, et Atrium Israëlitarum, in quo Atrio Israëlitarum et Vici et Mulieres simul congregabantur. Sed in Templo 2do tria erant Atria, Mulierum, Israëlitarum i.e. Vicorum et Atrium Sacerdotum. Sunt qui 4 Atria fuisse in Templo 2do ajunt, nempe Mulierum, Israëlitarum, Sacerdotum, et Gentium. imo Atrium Gentium primo quodu collocant. Sed obs: Atrium Gentium, nec in Imo, nec in 2do Templo unquam fuit; Licet (*) sub Templo 2do. Gentiles ipsi magis mixti Judæis fuerint, imo (**) Templum quoque 2do ex Gentilium indulgentia ædificaverint, tamen in Templo 2do. Atrium pro Gentilibus Judæi non fecerunt. Ergo in Templo Imo duo tantum, in Templo 2do autem tria extiterunt Atria, sed homo Gentilis in nullum Atrium immittebatur, imo nec ad ⅓ Spatium ante murale admit-

tebantur

rebantur Gentiles, quamquam locus ille minus Sanctus fuerit. Ergo Gentiles non ultra admittebantur, quam ad חֵל הַבַּיִת ad extimum spatium Domus seu Montem Templi.

Versantes in Atrio Mulierum sequentia observabimus: (1.)mo Dictum est הַנָּשִׁים עֲזָרָה Atrium Mulierum, non ideo, ac si solis tantum Mulieribus fuisset licitum huc ingredi, nam et Viri poterant illud ingredi. Sed ideo, quia Mulieribus nefas erat ulterius progredi, quum Viri etiam Atrium Israelitarum et Sacerdotum potuerant ingredi.

(2.)do. Hujus Atrii, ut et aliorum Atriorum pavimentum erat politissimo marmore stratum. A parte dextra hujus Atrii erat Conclave lignorum; ubi ligna illa quæ caries contraxerant, separabantur a cæteris lignis nondum caries contrahentibus, idque agebant Sacerdotes vitio laborantes, qui ad Altaris Ministerium jam inhabiles reddit erant. Sub hoc Conclavi Arcam C. fuisse reconditam, vetus est Traditio in Seekalim, 6:1,2. et in Gemara Joma, C. 1.

(3.) In Atrio Mulierum erat Conclave Leprosorum בֵּית הַמְצֹרָעִים ubi leprosus 8-vo die se lavabat ante, quam ad Portam Nicanoris iret.

(4) Erat

(4.) Erat Conclave Vini et Olei libaminis. Item Conclave Vasorum. Ubi capilli eorum tondebantur, et Sacrificia eorum Eucharistica coquebantur.

(5.) Erant duo Conclavia, in quo ex Atrio Mulierum aditus patebat: in his Conclavibus servabantur Instrumenta Musica Levitarum.

(6.) In Atrio Mulierum Rex Israëlis quovis Anno 7mo Legem populo prælegebat, juxta Præceptum Mosis Deut 31: 10---13.

(7.) In hoc Atrio Mulieres Festum Tabernaculorum summa cum lætitia celebrabant: Stante Templo Imo Mulieres in pavimento sedebant. Sed exacto Templo Exsuggestus in Atrio Mulierum facti sunt, in quibus Mulieres sedebant a Viris separatim.

(8.) In Atrio Mulierum erant 13. Cista Numorum Eleemosynis excipiendis destinata, appellabantque קֶרֶן הַשּׁוֹפָר Buccina, quod formam Buccinarum habuerint, infernis latiores, superius angustiores erant. Huc respexit Salvator Matth. 6: 2. Cum Eleemosynam das, μὴ σαλπίσῃς ne buccina, i. e. precuniam, quam in Eleemosynam das, ne magno impetu conjicias in Cistam Buccinæ formam habentem,

ut.

ut ibi tunn
fulce, ut
Phacifei d
Afons ad
tinitu pe
Dixi
ipse (1) Du
quos Israel
Exod 30: 1
cuiebant
tucum offe
in Sacrifi
aut ex noc
indigens, in
emi propen
se f
ipfa v
hanc Cistam
offerebant,
tis. (4) Du
qui pullos
los abant,
pullos merc

ut ibi tinnitum pecunia edat, ut Pharisei solebant facere, ut omnes audiant. ipsos Eleemosynam dare, tales Pharisei dicebantur buccinare, quia Buccinam i.e. Asam ad Buccinæ formam parcatam pulsabant tinnitu pecuniæ.

Dixi statim 13 Cistas in Atrio Mulierum fuisse (1) Duæ Cistæ proximæ capiebant illos Semisilos, quos Israelita solvere debebant annuatim ex Lege Exod 30: 13. (3)-tia Cista, |: cui inscriptum erat קרבן :| recipiebant pecuniam illam, quam dabat is, qui turturem offerre debebat, unum in Holocaustum, alterum in Sacrificium peccatorum. Ita Puerpera Mulier, aut ἀκαθάρτος, mundata quidem sed expiatione indigens, injecta in hanc Cistam pecunia, qua Fructuras emi posset, illius Dei veneratæ Sacrificio vescebatur, ac si ipsa videret Fructuras suos offerri. Sacerdotes hanc Cistam quotidie evacuabant, et tot Fructuras offerebant, quot emi potuerant pecuniis in Cista repertis. (4) Quartam in Cistam injiciebant pecuniam illi, qui pullos Columbarum debebant offerre, ii, non pullos dabant, sed R. pecuniam, quam tandem Sacerdotes pullos mercabantur. Huic Cistæ inscriptum erat:

קנים.

הלוי שלשת ימים. (5.) Cista quinta, inscriptum habebat ס ש ש ש ligna. nam pecunia ad ligna, in usus Altaris emenda, hac in Cista adservari solebant. (6) ה Cista inscriptum erat הבית. Thus. (7.) מ הכהנים והלוים aurum ad conficiendas pelves et vasa Ministerii. In (8)-vam reponebatur ea pecunia quæ remanebat ex ista pecunia summa, quam quis contulerat pro emenda pecude in Sacrificium gradarce. In (9) nam Cistam reponebatur reliqua pecunia ex Sacrificio pro Delicto. In (10) nam Cistam reponebatur pro tium aviarum illarum, quæ emi debebant pro Viris Semini fluis purgandis, et pro feminis sanguinifluis, ac puerperis purgandis. In Cistam (11) nam conficiebantur oblationes Farinaceorum. In (12) nam oblationes Leprosi. In (13) iam oblationes Communes.

§ 14.

Ad hoc Arcium Mulierum referunt quidam duo Conclavia, quorum mentio est in Schechalim 5:5. (+) Unum Conclave vasorum in quo Vasa ab aliis collata

adserv

adservabantur. (+) Alterum Conclave Silentium, in quod pii homines aliquid Eleemosinæ tacite, occulte imponebant. Unde bonorum hominum filii ad paupertatem redacti alerentur. Huc allusit Xs Dñus Matth. 6: 4. Sit Eleemosina tua in occulto, et Pater tuus videns te in occulto, reddet tibi in propatulo.

Finem huic Tractatui imponimus Curiosa hac Quæstione: Unde nam Judæi in Templo hoc 2do fecerint lapides ut eos in Cætum conjiciant, ut est Joh. 8: 59. Constat enim Cætum tunc fuisse in Atrio. Atrii pavimentum vero adeo solide compactum erat, ut nullum inde lapidem pavimenti potuerint Judæi tollere. In Atrio denique ne quidem minimi pulveres fuerunt, multo minus Scabra lapidum fuerunt. Repp illo tempore, quo hoc contigit, procul dubio aliqua ruptura in Atrio reparabantur, ad quam rupturam reparandam lapides eo asportati fuerant, quos lapides Judæi arripere potuerunt, ut iis Cætum obruant.

CAP. 9.

CAPUT 9.

De Spatiis Interr Templi z di.

Actum de Spatiis Exterris Templi z di
Iam penetrandum ad Interiora ejus.

(B.) In Interioribus Templi z di luſtrabimus (*) Atrium Magnum a §. I. uſqꝫ ad §15. (**) Ædem Sanctam a §15. uſqꝫ ad finem.

(*.) Atrium Magnum quod attinet: eo aſcendus erat ex Atrio Mulierum per 15. Gradus forma Semilunaris. Ab his 15 Gradibus ajunt 15. Pſalmos denominatos fuiſſe, qui dicuntur שִׁיר הַמַּעֲלוֹת Pſalmi aſcendentales, vel gradiles, aut Pſalmi graduum. Qui Pſalmi ſunt a Pſalmo 120 exclusive, ad Pſalmum 134. inclusive. Gradus dicti ὡδαὶ ἀναβαθμῶν. Quos Levita ex Atrio Mulierum, in Atrium magnum per 15 Gradus aſcendendo canere ſolebant.

Sed

Sed hoc omnia sunt absurda, (.) mo. quia hi 15. Gradus fuerant extra Atrium Magnum tali in loco, ubi nullus Cultus Divinus celebrabatur: ergo per Gradus illos nullus Psalmus cantatus est. (:) quia hi 15 Psalmi ideo dicuntur שיר המעלות Psalmi ascensionum, quod Judæi ex Captivitate Babylonica ascendentes seu redeuntes, illos 15. Psalmos cecinerint. (:.) Quia Psalmis illis 15: Corda hominum ad Deum tolluntur. (:.:) P. Cornejus eos appellat Carmen Graduum, quia in Psalmis illis ~~15: Corda hominum ad Deum tolluntur~~ describuntur Ecclæ 76. Templi Fata, quod Ecclæ 76. T. per Gradus ad metam finem esset perventura.

De Atrio Magno agam (†) In Genere (†) In Specie.

(†) § 2. In Genere. Atrium Magnum designat omne illud Spatium, quod ab Oriente a Porta Horia - rorsis se se extendebat occidentem versus ad murum oppositum. Sic longitudo hujus Atrii ab oriente ad occidentem fuit Cubitorum 187. Latitudo a Meridie versus Septentrionem Cubitorum 135.

Pares

Pars ejus occidentalis erat Atrium Israelitarum, pars vero ejusdem occidentalis erat Atrium Sacerdotum, Ergo agendum

(♀) In Specie de Atrio Magno. Ubi occurrit:

§ 3. ♀ Atrium Israëlitarum. (♀) Atrium Sacerdotum.

(♀) Atrium Israelitarum erat illud, in quod ex Atrio Mulierum patebat aditus per portam Nicanoris. Distinguebatur ab Atrio Sacerdotum uno gradu Cubitum alto, qui tamen gradus in loco ascensionis fuerat divisus in duos alios gradus, ubi erat שׁוּעָה Suggestum. Ubi Levitae canebant. hi enim gradus erant Levitis pro suggestu. Vox Talmudica דּוּכָן conferenda est cum Persico 𐭤𐭥𐭪𐭠𐭭 quod est ex Arabico كَوْن Supellectilem supellectili imposuit. Ergo דּוּכָן notat locum altum, suggestum. Hoc in loco Levitae stantes non sedentes canebant 2 Chron 5: 12. Infrascripsimus hujus Atrii Israëlitarum. (♀) Portas. (♀) Cameras.

§ 4. (♀) Porta in Atrio Magno seu Atrio Israelitarum

cum erant numero 13.

(I)ma erat Porta Hircanoris, alta Cubitos 20. lata Cubitos 10. dicta est Hircanoris Porta. Cujus denominationis lepida ratio redditur: quod Hircanus vir pius in Alexandria Urbe Aegypti cum esset. Portae hujus Valvas ere obduci curavit, easq; ex Aegypto Hierosolymas deferre statuit; navem conscendens, exorta tempestate gravissima, unam Valvarum, levandæ navis causa in mare conjecit. Verum miraculo factum fuisse dicunt, quod Valva hoc licet multo ere obducta, fundum tamen maris non petiit; Verum ad Joppen seu portum enatavit, inde Hierosolymam delata, et ad portam Orientalem adpensa est. Sed ex Mente auctoris Nostri, verosimilis est, portam hanc dictam fuisse Hircanoris ex eo, quod Caput manusq; Hircanoris in bello amputata, hic suspensa fuerint ΚΑΤΕΥΑΥΤΙ ΤΗ ΥΑΗ., e Regione Templi prope hanc Portam 2 Macab 15: 33. Cujus rei memorium Gemaricii Doctores in Gemara Hierof. reddunt. Hujus rei Historia hoc est: Hircanus erat Dux et Amicus Demetrii Regis Syriæ,

Judæis

Judaeis infensissimus. Jussu Demetrii validissimo exercitu Judaeos aggrediture. Verum Judas Maccabaeus heroica ausus se Nicanori huic opposuit, insignem de Hostibus victoriam reportavit, Nicanorem in bello occidit, Caput manumq; dexteram ei resecuit, Hierosolymis e Regione Templi et porta hujus suffixit, unde ad memoriam tantae victoriae, et Nicanoris Judaeorum Hostis pessimi, porta hoc dicta est Porta Nicanoris, quia exegione ejus caput manusq; Nicanoris suffixa fuere 1 Maccab 7: 47 2 Maccab. 15: 32, 33, 35.

Memorabile apud Talmudicos est, in Gemara Joma II. Soli huic Portae Nicanoris inscriptam fuisse Mezuzam. Est vero Mezuza מזוזה proprie Postis Januae, seu Valva portarum Exod. 21: 6. tandem a Judaeis vox מזוזות (1T) usurpari capta est pro Schedulis, postibus Valvisq; portarum affigi solitis Deut 6: 9. quibus Schedulis inscribi apud Judaeos hoc verba solebant: Audi Israel! Jehova Deus noster unus est, Diliges Deum tuum et proximum tuum. Et erant verba

ista

ista in Corde tuo. Etiam alligabis ista manui tuae, et erunt inter oculos tuos pro frontalibus. Denique inscribes ista ⟨Deut 6,9⟩ postibus Domus tuae, et valvis portarum tuarum. Verba hoc proprie interpretantes Iudei, vana superstitione ducti; Schedulas membranaceas conficiebant, quibus verba haec: Audi Israël! inscripserant, et solemni cura eas postibus, valvis, brachiis, frontibusq; suis alligabant, Ut sic memoria Dei quovis momento illis obversaretur. His ⟨Deut 6,9⟩ Schedulis tantam vim adscribebant Iudei, ut qui eas observaret in postibus, valvis, brachiis, frontibusq; suis et vitam longiorem obtineret, et contra omne malum se suosq; defenderet. Contra qui eas non observaret, omne malum sibi imminere certo sciret. Cum vero reliquarum portarum valvis ejusmodi ⟨Deut 6,9⟩ non adpendercint Iudei, nisi tantum Valvis Portae Nicanoris ratio est, quia reliquas portas Sanctas esse censebant, adeoq; etiam absq; tali monitore ⟨Deut 6,9⟩ in reliquis Portis perpetua legis Dei mentio esse poterat. Portae Nicanoris

vero deo deo יהוה ad pensa fuerant, (.) quia Porta hoc considerabatur ut Domus Pontificis Maximi, qui Pontifex in Conclavi, huic Porta Nicanoris adjacenti, septem dies degere debebat ante Diem Expiationis anniversaria publicum. (..) Addunt Magistri in hac Porta Nicanoris debuisse purgari Leprosos, purgandos, et Mulieres adulteri suspectas, seu Sota, in hac porta debuerunt aquam maledictam bibere. Denique ad hanc Portam debuerunt peregrini qui quo ante faciem Dei peregrinanda erant.

(2) da erat Porta Superior ad Meridiem, male dicitur eadem fuisse cum Porta Nicanoris. (3.) Porta Ardoris ad meridiem, sic dicta, quia per hanc portam solebant ligna adferri, ad exemanda Sacrificia in Altari. (4.) Porta Primogenitorum ad Meridiem, quia primogenita animantium per hanc portam adferebantur in Sacrificium. (5.) Porta Aquae ad Meridiem. (.) quia aqua Ductus ex fonte Etam per hanc portam ibat. vel (..) quia Phiala aquae in Festo Tabernaculorum cum libandi per hanc portam solebat adferri. (6) Porta Iechoniae Regis Judae, quia Iechonias Rex per hanc portam eductus erat

erat in Capitolium. Hac Porta erat ad Septentrionem.
(7.) Porta oblationum ad septentrionem, quia Sacrificia
sanctissima per hanc portam adferebantur, quae ad
Septentrionem maclari debebant. (8.) Porta Mulierum
ad Septentrionem, cur sic dicta incertum. (9.) Porta
Cantici ad Septentrionem. (10) ma, et (11) ma Porta
ad occasum, quarum nomina ignorantur. (12) ma Por
ta ad dextram latus Portae Nicanoris. (13) tia Porta
ad Sinistrum latus Portae Nicanoris.

§. 5, 6.

(*). Ex Portis transimus in Conclavia, dicta Heb-
raeis לשכות Graecis παστοφορια 1. Macab. 4:57.
In his enim Conclavibus debebant Sacerdotes comede-
re sanctissima, et quidem sedendo, licet alios Sacerdo-
tibus hic sedere non licuerit Ezech 42:13. Iosephus
plus sedes plumbeas hic Sacerdotibus adscribit.
Octo vero Conclavia hic erant. (□) Ad Septentrio-
nem 3. (□□) Ad Austrum 3. (□□□.) Ad laevam
Portae Nicanoris 2.

(□) Ad Septentrionem 3. Conclavia.

(I) mum Conclave Salis; in quo Sal ex aqua marina
coctum adservabatur, ad faliendas Carnes Victimarum.

(2) dum

(2)dum Conclave Parva, ab Incantatore quodam sic dictum, cui Nomen erat Magna, qui hoc Conclave exstruxerat. Alii putant ita dictum Conclave hoc a ספן Invenit, quoniam pelles in hoc Conclavi
1. T
foliri et recondi solebant, a Persica voce پوشیدن Conditum et Saginatum.

(3)ium Conclave Lavantium, in quo Victimarum intestina lavabantur.

(□□.) Ad Australem Conclavia 3.

(I)-mum Conclave Ligni, ubi ligna ad usum Altaris servabantur. Supra hoc erat Conclave Parchedrin, ex παρα et εδρος Assessor, in quo Conclavi Pontifex Maximus 7 diebus degere debebat ante diem Expiationis anniversarios, ipsique membra Synedrii assidere debebant tanquam ז׳ס׳ה׳ ב׳ס׳ה׳ ז׳ק׳נ׳ Seniores Domus Consilii, et tanquam ז׳ס׳ה׳ ב׳ש׳ר׳ פ׳ל׳ע׳ט׳א׳ Consiliarii. Qui Pontifex Maximus ad Actus Dei Expiationis peragendos instruebant.

(2)dum Conclave בקור ה׳ג׳ז׳ו׳ה׳ Putei
IT IT
Magni, ex quo aqua hauriebatur ad usum Arcis, et in Festis diebus.

(3) ium

(3) ium Conclave Parit, i.e. Copi lapidis, quod ex Copis lapidibus Dificatum erat a Simeone Ben Setach. Qui erat ס֫ופ֫ר֫ים profes Sinedrii. Hoc Conclave confepu Magni Synedrii erat nobilitatum. Hic fedebat Pilatus pro Tribunali, cum Iefus ad mortem damnatus eft Joh. 19: 13.

(ב) Ad Latera Porta Nicanoris Z. Conclavia.

(1.) mum, ad Orientem, Conclave Phinei Veftiarii, in quo Veftes Sacerdotum adfervabantur. In hoc autem Magno Conclavi erant 96. Reconditoria veftium Sacerdotalium, pro numero 24. Ephemeriarum, et 4. Speciebus veftium: ~~Sacerdotalium~~ nam in quolibet Ephemeria 4 Species veftium efe folebant. Sic quolibet Ephemeria 4. Reconditoria veftium habebat. Jam vero 4 Ducta in 24. Summa, producetum erit 96. Veftibus profectus erat Phineas, feu Phineafus. Sic tandem omnes Veftibus profecti dicti funt Phineafi, ut Talmudici tradunt. et Jofephus de Bello Jud. L. 7. C. 5. ubi ait: Phineafus veftes Sacras Tito Veffas. oftendit.

(2) dum. Conclave erat eorum, qui ז֫ר֫ת֫ ב֫ה֫ר֫ Xudecim accenfa Pontificis Maximi conficiebant. Ad hunc Locum conveniebat uncaqs Turba Sacerdotum,

quo

que quotidie mane ex Beit Moked egressa, Arcium hinc indeque lustravecat.

§. 7.

Denique ad separationem Arcii Sacerdotum erat collocatum בֵּית הַמּוֹקֵד i.e. Conclave vel Domus foci. Ubi continuus ignis ardebat ad calefaciendos Sacerdotes, qui pedibus, a calce ad genua denudatis, incidebant super Arcicorum pavimento marmoreo longe frigidissimo, Unde ipsos sepe scorbuto, seu viscerum dolore morbosos colicô laborasse contigit. Unde Medicus semper aderat, qui ipsos Sacerdotes ex morbo illo curaret. Ad tales Sacerdotes calefaciendos erat semper ignis in Beth Moked. In hoc proclivea Conclavi solebant dormire Seniores Familiæ Sacerdotalis, qui proximô mane sacris operam daturi erant, Cavesse Arcii servabant suspensas in lacuna sub pavimento.

In 4. Angulis hujus Conclavis Beth-moked erant singula Conclavia minora. (·) mum erat Conclave Panum propositionis, in quo panes illi coquebantur. (··) dum Conclave Lapidum, in quo asservabantur Lapides Altaris a Syris contaminati.

Quippe

Quippe narrat Josephus Antiq. Jud. Lib. 12. Quum Antiochus Epiphanes Urbem Hierosolymas Hieros. prophanavit, porcum, animal Judæis execrabile, super Altari sanctificari jussit. Unde, auctore Juda Maccabæo, hoc Altare, jam prophanatum, Judæi detrexerunt, ejusque lapides in hoc Conclavi reposuerunt 1 Macab 4:46. donec venerit Prophetæ aliquis, qui lapides illos inde eliberet. (::) iium Erat Conclave Asanorum, Sacrificio jugi destinatorum, ubi ad maximum fer agni legitimi adservabantur semperque ibidemque explorabantur, an apti pro Sacrificio essent. (::) Conclave Sigillorum, ubi Sigillum publicum adservabatur.

(⌘.) Pergimus ad Atrium Sacerdotum, ubi videbimus §. 6.
(α) Altare. (b) Locum Cineris et Lamionum, (c) Labrum.

(a.) Altare exercitus Holocausti hoc observanda habet:

(I.) Erat fractum hoc Altare ex Lapidibus allatis ex בֵּית חֹרֹם Cujus loci pulveres rubri sunt, et in lapides facile indurescunt si aqua adfundatur. Lapides quoque illius loci sunt rubri, ex quibus hoc Altare fractum est. Debebant, ex mente Majmonidis, lapides illi esse ex recta Virgine, quæ aratrum nondum pertulerat. Fradunt Magistri Hebr. lapides hujus Altaris bis quotannis

fuisse

fuisse dealbatos, una cum Cornubus, ne ex tot Victimarum Sanguine et adipe foetorem. (2) Obs Erat hoc Altare longum Cubitos 32. latum totidem. Altum Cub. 10. (3) Cornua habuit 4. quodlibet Cornu altum erat palmos 5. qui 5. palmi faciunt Cubitum 1. seu Ulnam 1. Erant Cornua sursum erecta, intus Cava, ut Sanguinem excipere et continere possent aspersum, vel potius adfusum. (4) Ad Cornu Altaris hujus, quod erat ad Orientem et Austrum, duo erant foramina, quibus exgenti Siphones erant ingerti. (•) Foramen orientale ingerviebat excipiendo Vino libaminis. (••) Foramen Occidentale autem aqua excipiendo, qua illi Festo Tabernaculorum infundebatur. Fradunt Gemarici, Vinum Sacrum per foramen Occidentale delapsum in Subterraneam Cavitatem, ibidemq; concretum, Annos plurimis 70 mo a Sacerdotibus exutum, et in loco Sancto crematum fuisse. Duo eadem foramina solebant excipere Sanguinem ad Basin Altaris adfusum. et unq; per meatum Subterraneum ad Torrentem Kid con reamittebant. Vide hic §. 10. et 11.

§. 9. (5.) Obs Per Civum ad Altare ascendebatur non per Gradus; quippe Exod 20: 26. lege cautum est; ne

ne Gradus ad Altare fierent. Ex imo Altaris ad
Vertices Civus erat factus ex lapidibus integris, par-
vo intervallo ab Altaris distans, Spargebatur Civus sale,
ne Sacerdotum pedes inter ascendendum in lubrico va-
llarent. Civus enim ob pluvias et Carnium adipem
defillantem lubricus reddi solebat.

§. 10. (6.) Spatium in Summo Altaris vertice fuerat
Cubitorum 28. ut Sacerdotes officio suo in Summo Al-
taris Vertice Commodius defungi posent, nec pedes ex
igne, qui in Altaris vertice ardebat, comburerentur.
Tres enim in Summitate Altaris erant ignes arden-
tes. (+) Unus ad Orientem, ad combustionem victimarum
et Festorum. (∓) Alter ad Austrum, ad adolendum Suffitum,
i.e. ex illo igne solebat sumi ignis, tandem ad Altare
aureum ferri ut ibi Suffitus procuraretur. (∓) ius
perpetuus ignis ad Septentrionem, unde veligni asser-
di posint, Lev 6: 5. Ignis alitor in Altari nec
unquam extinguitor. Alii Duos tantum, alii 4.
fuos fuisse volunt.

§. 11. (7.) In Altari hoc Spectandum est filum
circularem; Dictum סובב על המזבח filum, funi-
culus ruber cingens totum Altare in medio, ideo ut

Sanguis

Sanguis (*) Sacrificiorum piacularium, ex quorum Carnibus parcs comedi potebat, item Sanguis avium pro Holocausto destinatarum, supra filum illud debebat aspergi ad Altare. (**) Reliquorum Sacrificiorum Sanguis autem aspargi debebat ad Altare infra filum. Atqs hoc de Altaris Holocaustorum.

(b.) § 12. Secundo tangemus Locum Cineris et Laniorum. Ad orientalem Altaris Holocausti partem, inter tres focos, erat Pomum Cineris i.e. Sacrificiorum, solebat quotidie Cineres, et reliquias Sacrificiorum, quæ comburi non potuerant totaliter, item non nulla ex avibus oblatis, in Cumulum aeruncqs Convectrece, qui aeruus dicebatur Pomum Cineris, quod formam Pomi referebat. Hunc Cinerem Sacerdos, nullo vitio laborans, portabat extra Urbem, ibiqs in loco Commodo deponebat, ut inde ventus diripiat.

Item ad Septentrionem Altaris erat מקום השחיטה i.e. Locus Macrationis, ubi animalia ad Sacrificium ducta jugulabantur et mactabantur. Quibus vero modis id peractum fuerit. Vide §. 12.

§. 13.

§ 13.

(C)-io Attingemus Labrum, dictum כִּיֹּר inter Proaon et Ahare ad plagam Australem. Vide in Talmude Hieros. Gemarans 12. Usus cujus Labri erat, ut ex eo Sacerdotes, quoties mane manus pedesqs lavarent. Aqua in hoc Labrum ferebatur ex fonte הַיָּם Eram, qui fons hodie quoqs supere esse dicitur, et non procul ab Urbe Bethlehem situs conspicitur ab Itineratoribus. Hujus fontis aqua olim per Canales subterraneos Hierosolymam derivata fuerunt, ibiqs Piscinas, dictas Salomoneas, satis capaces oblebant. Hoc Nomine Eram accivit Urbs, tum in Proaio tum in Hebr. Textu, 2 Chron. 11: 6. Item accivit Jos. 15: 60. Sed ut in Proaio, non in Hebr. Labrum hoc erat Conspectum ad formam Labri Tabernaculi.

(**) De Æde Sacra agit Auctor a § 15. usqs ad finem Capitis; Ubi A. Describemus Ædem Sacram in Genere.

(B.) In Specie.

(A.) In Generali Tractatu hoc sequentia venenda:

(I.) §. 15. Per Ædem Sacram intelligimus illam Domum, in quam ex Atrio Sacerdotum ascendebatur Gradibus 12. dimidium Cubitum altis. (2.) Sota hoc Ædes sepe appellatur כלה. Erat longa Cubitos 100.

tot

totidemque lata. Frons ejus alta fuit Cub. 60 Erra 6:13. Quo et totius Edis altitudo primum fuerat; Verum deinceps Herodes alios 60 Cubitos adjecit, ne hoc Templum 2 dum Templo Salomonico minus esset. Frons Templi superavit altitudinem Textis 20 Cubitis. Rex Agrippa Edis hujus altitudinem ad 20. Cubitos adhuc extollere destinaverat, jamque ligna ex Libano maximo sumtu advehi curaverat. Sed intervenientibus funestis Zelotarum seditionibus, unus ex Ducibus seditiosis, scil. Joannes Ligna illa propugnandis bellicis aliisque instrumentis applicuit. (3.) Templum hoc 2 dum referebat Speciem Montis ejusdam nivei seu albi. Quia lapides habuit λευκοὺς i. e. albos. refert Josepho Antiq. Lib. 15. Cap. 4. Unde in Prophetis appellatur Templum 2 dus הלבנון. Libanus, ab albedine. Ut Mons Libanus ab albo colore sic dictus est, quod perpetua nive tectus fuerit. Ita et Latinis Alpes ab alborce quasi Albes dicuntur, nam olim dicebant albo et alpo, vel albeo alpeo. Aliis placet: (c) Templum 2 dum dictum

fuisse

fuisse הלבנון ideo e Monte Libano a cuit in Regione, u via fuerat. (cc) pellatum volunt

riimus, quo infra cint Sanctuarium o Vates Esa loquit cint ut Coetus, alb

mplum hoc 2 d

quodam Templi adspiciebat prope ucatur, ignesq; co ore clamavit: A it ignis (Edros

ut Cap 11: 1. (4.) it Auctor §. 17 (B.) - de Jam ad sunt (a.) Pro Cantabria superio virgionem Auct

fuisse בנין ideo, quod structura fuerat ex cedris, de Monte Libano adlatis, adeo, ut aliter quasi Libanus fuerit in Regione, ubi Coetaneus magna lignorum penuria fuerat. (uu) Indi Templum hoc Libanum appellatum volunt ex eo, quod in Templo illo peccata hominum, quae instar sanguinis rubebant, remissa fuerint sacrorum oblatione, adeo, ut ea albescerent. ut Vates Esa loquitur: Etiams si peccata vestra rubuerint ut Coccus, albescent uti nix. (uuu) Rabbi Iochanan Templum hoc 2dum appellavit Libanum, quum manu quodam Templi hujus fores sponte apertas vidisset, prosagiebat prope esse tempus, quo Templum hoc desolaretur, igneq; conflagraret; exercitus proinde alta voce clamavit: Aperi O! Libane portas tuas, ut consumat ignis cedros tuas. Quod Zacharias jam prodixerat Cap 11: 1. (4.) Quantitatem Templi hujus describit Author §. 17, 18, 19.

(B.) - do Iam dabimus in Specie Partes Templi, duo sunt (a.) Pronaon. (b.) Sanctum. (C.) S S2torum (d.) Cubilia superiora, (e) Cubilia lateralia, ut hanc Divisionem Author nostre fecit §. 20.

(a) Circa

 Antiq. Hebr. P. I. De Locis Sacris.

(a) Circa Pronaon videbimus (♀) Nomen Ejus. §21. (♀) Magnitudinem §21. (♀) Portam §22. (♀) Ornamenta §. 23.

(♀) Quantum ad Nomen: Dicitur Hebraïs ⊓ל״ת Arab ج ل. quasi pars Ædis anterior, προναον Græcis. Aquilæ dicitur: πρὸ δομον. Symmacho προπυλαιον teste Hieronimo ad Joëlem. Minus recte appellatur autem Vestibulum, vox enim προναον non designat proximorem Domus partem, quo ad officium non pertinet, ut dicitur Hebr. eleje: Sed locum ante januam vacuum, teste Cecilio Gallo, apud Gellium L. 16. C. 5. προναον ergo dicitur, quia fuit ante Sanctum, et S Sanctorum, Vel quia fuit pars prior vel anterior τ῀ ναῶ, i.e. Templi, et quidem ita, ut partem totius Templi fecerit anteriorem. Uti προλογος est pars Sermonis præcedens, ita ut ad totum Sermonem pertineat.

(♀) Magnitudinem Pronai. (♀) Portam Ejusdem. Vide apud Auctorem §§ 21, 23.

(♀) Lustrabimus Ornamenta Pronai. Duo sex memorat Auctor noster § 23. Scil. (I) Mensam

§23.

aurea

auream. (2) Lampadem auream. (3) Fabulam aureas.
(4) Duas Coronas aureas. (5) Vrnas aureas et (6) Duas
Mensas, altera aurea, altera marmorea.

(1) mensa Deus et ornamentum erat Mensa aurea
quam Ptolomeus Philadelphus, Rex Aegypti, Templo
huic 2do. dedicarat, Vide Josephum Antiq l. 12. Cap 2.
Sui refert mensam hanc ex solido auro affabre fac-
tam esse, gemmis pretiosissimis interpunctam; ita, ut
gemmula ipsa Artificis manu ingerta varias oper-
uerit figuras, omne genus fructuum, ut (·) Uvas pen-
dentes. (··) Arista fulgentes. (···) Mala punica turgen-
tia, (olor omnium expressus. Item fluvii varii, eo-
rumq; excursus ac meandri gemmis luculentissimis ex-
pressi. Hanc mensam dono huic Templo contulerat
Ptolomeus Philadelphus Rex Aegypti, refrando Gratitu-
dinis sua causa, ideo, quod Pontifex Max. Eleazarus
LXX Graece eruditos miserit viros ad Ptolomeum
Philadelphum, qui Biblia Hebraica in Graecam Lin-
guam verterent in gratiam Ptolomei, qua
versio hodie audit LXX Vocalis versio.

(2) duo Deus et Ornamentum erat Lampas aurea,

quam

quam Regina Adiabenorum Helena obtulerat Domino, quando cum filio suo facta est Proselyta, i.e. Gentilismo relicto Judaismum amplexa est. Suspensa hoc Lampas erat supra Portam Sancti, qua Sol Orientis radios exipiens reflectebat, admonebantur Sacerdotes tempus adesse legendi שמע i.e. Preces Pericopas Biblicas, quae sunt Deut Cap 6. V. 4:-9. Item Cap 11. V 13--21. et Num 15: V. 37---41.

(3.) Eodem hoc Regina donaverat Templo hinc שטח i.e. Tabulam auream, cui inscripta est lex פרשת סוטה de Muliere Sota, seu Adulterii suspecta. Vide Talmud. Hieros. Sota 16:1. Suspensa erat hoc Tabula non in Pronao ut vult Auctor. Sed in Muro Atrii Israelitarum, ad Portam Nicanoris; ibi enim boi solebat peragi examen et judicium de Muliere Sota.

(4) Erant in Pronao suspensa duo Coronamenta, memorata apud Zach. 6: 14. quos Antiochus Epiphanes in Syriam deportavit. Ciagnonii eas Templo hanc conferarunt, quum Templum ab Idololatria Epiphanis

Epiphanis purgatum erat 1 Macab 4: 57. Erant
et Suppeda κατα προσοπον τ̃ν νε῀ ad faciem
Templi vel ante Templum. Hoc Gentilibus quoque
fuerat consuetudo, ut Deorum suorum Templis Coro-
nas consecrarent. Ita Plin. Hist. Nat. Lib. 21. C. 3.
et Liv. 32: 27. readunt: Regem Attalum Coronam
Auream 246 Librarum Capitolio Rẽo dono obtu-
lisse per Legatos suos

(5.) Singulare et excellens † erat Vitis aurea, † Templi
de qua supra prolixe actum pag 352~354. ornamen
tum.

(6) Erant quoque in Pronao duo Mensa. (.) Una
Marmorea cui panes propositionis in Sanctum defe-
rendi imponebantur tunc, cum fermo eximerentur. (..)
Altera aurea, qua excipere solebat ipsos panes, qui
e Sancto singulis Sabbathis efferebantur. Atque hoc
de Ornamentis Pronai.

(b.) Ex Pronao in Sanctum ipsum pedem promove-
mus ubi datur nobis, (1) Nomen Sancti. (2) Quantitatem.
(3) Portam. (4) Ornamenta et vasa. (5) Vela.

(1) Quantum ad Nomen: adpellatur (.) ⟨ו⟩ק Pro-
cis τα ἁγια (..) קדשים atque tunc distinguitur

a Pro

a Pronao, quod dicitur אולם Vide Gemaram in Megilla 26: 1. Distinguitur quoqs a בקיקן i.e. a בית קדש קדשים a Domo Sancti Sanctorum, quod Compendii causa his vocibus tantum literis exprimitur: בקיקן (:) Dicitur quoqs בית הכנסת Domus exterior, non de si extrema Domus vel totius Templi pars fuisset. Nam Pronaon erat extrema Templi pars. Sed dicitur exterior Domus respectu S. Sanctum, quod erat Domus penitissima vel intima Sanctum vero erat medio in loco inter Pronaon et Sanctum Sanctorum.

(2.) Quantitas Sancti. (·) Latum erat Sanctum Cub. 20. (··) Longum Cub. 40. (:) Altum Cub. 40 §. 24.

(3) Porta Sancti Dicta est Porta Magna, quia reliquis portis major erat. Erat Lignea sed aureo obducta. (·) Alta Cub. 20. (··) Lata Cub 10, et 4. Valvis instructa. Supra hanc portam ardebat Lampas aurea, Donum Helenae, Aureorum Regin.

§ 25. (4.) Vasa et Ornamenta Sancti erant λυχνια, τραπεζα, και θυμιατηριον.

Lych

Lychnuchus, Mensa, et Altare Suffitus. Videri hoc possunt in Auctore §. 27. Josephus hoc Vasa vocat: Ἁγιωτάτα, καὶ περίβοητα πάσιν ἀνθρώποις ἔργα: i.e. nimirum et omnium hominum Encomiis celebrata opera. de Bello Jud. Lib 5. Cap 14 Summoperæ cavebant Judæi, ne duo priora, scil. Lychnuchus et Mensa ab imperitis Sacerdotibus tempore sacrorum polluerentur. Cum ea loco moveri et aptè immergi ad purgandum non poterant. Hoc vera Instrumenta Antiochus Epiphanes in Syriam deportasse dicitur 1 Macc 1: 23. quorum in locum Chasmonæi alia fabricarunt 1 Macc 4: 49. Ante Lychnuchum stabat lapis rectus gradus altus, cui Sacerdos Lychnuchum aptaturus insisteret. Mensa erat non nisi una, Altare Suffitus stabat inter Mensam et Lichnuchum. Hæc Titus Vesp. in Spoliis abduxit, quæ in illius arcu Triumphali conspiciuntur.

§ 26.

(S.) Velum quod adhuc est: In Templo 1mo Sanctum inter et Sanctorum 2um Murus lapideus erat, qui duo illa Cubilia distinguebat; in Muro illo erat parva

janua

janua, januæ vero Velum oppansum: Sed in Templo Z do inter hoc duo, Scil. Sanctum inter et S S^{2}torcum nullus murus fuerat sed tt. Velum. Rationem dant Magistri, quia locum illum, quo Murus stante Templo Imo: olim fuerat inter Sanctum et S Storcum adscitus definere non poterant Iudæi Templum Z dum ædificantes. Ergo ne aut Sancti, aut Sancti Sanctorum Spatium imminuerent, finem cum exigere inter Sanctum et S S^{2}torcum voluerunt, placuit Velum tantum obtendere inter Sanctum et S. Storcum.

Duo autem erant Vela Sanctum inter et S. Storcum sub Templo Z do: quæ duo Vela Cubiti Spatio a se invicem distabant. In Spatio illo inter duo Vela Pontifex Max. ingressurus S S^{2}torcum, incedebat, ab Austro versus Septentrionem. Atqui hæc duo Vela sunt illa, quæ morte Xti scissa sunt. Matth. 27: 51. Ἐσχίσθη καταπετάσμα. Loquitur Evangelista de uno tantum Velo, sed id fecit ob Emphasin, intelligens duo vela, vel quicquid Velorum erat. Fatentur Iudæi: Vela illa fuisse Scissa 4 digitos. Ergo eorum scissio tem-

pore

De Louis Savis

… oppanfum: Sed in
…, Scil. Sanctum inter
…erat fed Vt. Velum. Ra
…ns illum, quo Marcus
… fuerat inter Sanctum
…e non poterant Iudi
… Ergo ne aut Sancti;
…um immineret, fi
…um et S Storcum volu.
…m obtendere inte

… Sanctum inter et S.
…ue duo Vela Cubiti
…t: In Spatio illo in.
… ingreffurus S Storcum
…s Septemtriones.
…a, qua morente Xto
… κατα πετασθη
…no tantum Velo, fed
…eligens duo Vela, vel
…untur Iudei: Vela illa
… eorum captio tu-

pora

pore Mortis Xti facta miraculo non carcuit. Rum pi vero per divinam prouidentiam debuit, quia nulli ufui anglius futurum eft, poftquam Mors Xti peccata expiavit, liberqs ad Deum Aditus pa-catus eft.

(C)hic Luferandum jam nobis eft S. Storcum, et difcutienda Quæftio: An Arca fed. que fub Tem-plo Imo ftetcrat in S Storcum adfurcit etiam in Tem-pli 2 di S Storcum? Sed quoniam his de rebus Cap 8 prolixe egimus, hic laborc illo levamur.

(d.) De Conclavibus, et Tecto Templi 2 di etiam in precedentibus fatis actum. Atque fic Tractatum De Spatiis Interioribus Templi 2 di claudimus.

CAP. 10.

CAPUT 10.

DE SYNAGOGIS

Campus patentissimus disserendi de Materia percelganti et utilissima. Imprimis quia Eccla N. T. primitiva habebat formam et Regimen Synagogæ Veterum Judæorum, adeo, ut nata videntur ex Synagoga Veteri. Hic Auctor tractat: (N) Nomina Synagogæ § 1. (2) Sanctitatem § 2. (3) Originem § 3. (4.) Usum Synagogarum § 4. (5.) Partes Synagogæ § 9. (6.) Decem otiosos Sinagogæ § 10. (7.) Rectores § 11. (8.) Numerum Synagogarum § 12.

(N.) Nomina Synagogæ Varia (o) Hebr. בֵּית כְּנֶסֶת Congregatio, vel בֵּית כְּנֶסֶת Domus Congregationis, a כנס Congregare. In plur. בָּתֵּי כְּנֶסִיּוֹת (oo) Græcis Varia Nomina sunt quibus Synagoga exprimitur. (1.) Josephus appellat ἱερὸν τοπον Locum Sanctum. (2) Alii προσευχας Oratoria, vel Locum Orationi Sacratum. (3) Alii σαββατεια, Locum ubi Sabbatum celebratur. (4) Alii ἱερὸν Templum. Obs. Synagoga locus distinguitur a Templo Joh. 18: 20. Ubi ait Servator ad Pontificem Max. Ego semper docui

Domi ἐν τῃ συναγωγῃ κ᾽ ἐν τῳ ἱερῳ in Synagoga et Templo. Sed tantum Hierosolymis distinguebatur Templum a Synagoga, extra Hierosolymam vero non distinguebatur, ubi Synagogæ loca pro Templis erant. Synagoga ἀπο τῆς συναγειν a Congregando non d. hominum tes etiam aliarum rerum Congregationem notat. Ita (·) συναγωγη γαλακτος, Congregatio lactis, ubi magna lactis est copia. (··) συναγωγη τῆς πολεμις Collectio rerum ad bella pertinentium. (∴) συναγωγη των μελισσων Congregatio apum Jud. 14: 8. (∷) Impiorum Coetus quoq; audit συναγωγή. Psal 22: 16. (∴) Sed ubi exercitissimo συναγωγη usurpatur pro Consentu publico, Sacroq; ubi preces aliaq; Sacra, ut Lectio Legis Mosaicæ &c. Diebus Sabbati, aliisq; festis, peragebantur ab Incolis Urbium majorum extra Hierosolimam. (∷) Schola et Academia quoq; veniunt sepe nomine Synagogæ, quia in Vicinia Synagogarum erant edificata. Vide Buxtorf. in Synagoga ejus Judaica. Ces non in Scholis et Acad. sed in Synagogis disputavit. Vide P. Virring. in Synag. L. 1. C. 5.

(1) Sanctitas Synagogæ §. 2. Ex Jugulii fonte apud Auctorem derivatur. Et Hominibus et Usibus. Talmudici multis ex rebus extollunt Sanctitatem Synagogæ.

Ex

Ex geniali et lautiore eorum Polluctura Sabinus H. promulsidem. Nimia Sanctitate Synagogarum ducti Judæi fanxerunt sequentia: (1) In Domo illa ubi Sinagoga esse solebat lugere super funere non licebat. In tecto ejus frustus fervare non licebat ad exsiccandum exposi-tos. Si Domus illa desolata fuit, ibique gramina creverint, Domum illam reparare, gramina evellere nefas erat; ut locus ille transeuntibus animi dolorem inuitat. (2.) Qui Domum Synagogæ ingrediebatur, omnem modestiam, reverentiam observare debebat. Non licebat ibi jocari, ludere, edere, bibere, dormire &c. (3.) Res Mundanæ ibi non tractandæ, pecunia non numerandæ, nisi in eleemosinam danda. (4.) ~~Capsa~~ Contra æstum Solis, et pluvias nemo se recipere permittebatur, nisi orandi causa eo intraret. (5.) Verba otiosa ibi non proferenda. Huc fere Matth. 12: 36. Qui quodcunque verbum otiosum protulerit de eo rationem reddituros ejus die Judicii, i.e. non die ultimi Judicii, sed die illo, quo Judices in Sinagoga conflurent, et judicium ferent de male actis. (6.) Gladio, vestibus, calceis immundis nemo Domum Synagogæ ingredi poterat. (7.) Ex lucris quæ in Domo Synagogæ accedebat, alios lucrus, quæ ad Domum Synagogæ non pertinebant accedere non licebat. (8.) Scholæ San-

ctiores

ctiones habebantur Synagogis. Ergo ex Domo Synagoga
potuerant Scholam facere. Sed ex Schola non potuerant
Synagogam locum facere; nam refert Majmonides: In Sacris
ejiciendum erat, non descendendum. (9.) Si in Urbe vel
pago decem lautioris fortunae homines erant, debebant
Domum pro Synagoga sibi comparare. Ubi Librum Legis,
Prophetas et Hagiographa legerent, ne ea in depretudi-
nem iverent. Vide Buxtorf.

(51.) § 3. Origo Synagogarum.

Quandonam Coeperit Synagoga inter Judaeos, dis-
putant Critici. Sunt (o) qui a primis Reip. Judaicae in-
cunabulis Synagogas semper fuisse tradunt. (oo) Alii
post reditum Judaeorum ex Captivitate Babyl. sub Ezra
vel Nehemia Synagogam ortam fuisse contendunt. In
hoc consensit P. Buxmannus, aliique. Hanc Sententiam ad-
fovit P. Vitringa in sua Synagoga, Utrique his Argutis.

(I.) In S. Litteris nulla est mentio Synagogarum.
Utqui fit a primis Reip. Jud. incunabulis semper fuissent
Synagogae, deberet eam S. Sacra memorare. Sed nusquam
memorat, ergo non semper exstitit. Sed post Captivitatem
Babyl. demum coepit esse. Ut Idololatria inter Judaeos
sape meminit S Sacra, quia Idololatria fuit inter Judaeos.
In Libro Jeremiae. ubi Desolatio Terrae Sanctae aeerbe

Deflo

defletur, deberet memorari Synagoga si semper fuisset, Sed Templum tantum memoratur non Synagoga. Ergo non semper fuit.

(2.) Arg. Universa Iudea Hierosolymam, ad Templum debebant confluere cum publica jejunia, aliaque Sacra celebranda, non vero in Synagogas 2 Chron 20: 3. Jer 36: 9, 10. Ergo alia loca Sacris confluxibus destinata non erant, nisi Templa.

(3) Arg. 1 Reg. 8: 16. Salomon in Templi sui Dedicatione ait: Deum hactenus in nulla Domo habitasse. sed hoc Argumentum est invalidum, nam loquitur Salomon de inhabitatione Dei illa, cujus Symbolum erat Schimna, i.e. Nubes super Arca. quo ante exactionem Templi Deum certum non habebat.

(4.) Si Synagoga semper exstitisset, Legis memoria non excidisset animis Judaeorum, nam Lex semper debebat legi in Synagogis. Atqui cum utraque Abramidarum Resp. Israëlis et Juda in Idolatriam defexerat, Legis Mosaica erant obliti. Adeo ut regnante Sofia, exemplar Legis Mos. ex aliquo angulo adductum, gravem Judaeis horrorem incusserit.

Sed obs: Lubentes concedimus: illum Synagogarum Cultum Statumque, quem Talmudici tam operose nobis describunt, demum post Captivitatem Babil. fuisse inst-

instituimus; nihil tamen ambiginus, inde ab initiis Religionis Mosaica Loca quedam publica fuisse destinata, quibus pietatem exercerent Iudei, Sacrum Codicem legerent, Sabbata aliasq; Festa celebrarent, presertim postquam Canaanem occupassent et propse Tabernaculum esse non potuerant.

(*.) Sabbatha certe Sanctissime fuerant observanda, ergo ad celebranda Sabbata debebant Iudei in aliquem locum confluere, ubi Librum Legis legerent. Igitur locus erat locus Synagogæ. Unde Sabbata adpellantur מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ Sancta convocationes.

Object: Phrasis hæc מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ significat: non Convocationes Sanctitatis, sed tantum Indictiones vel promulgationes Sanctitatis. Quo ipso duo supponere videntur critici: (+) Quod ad Sabbatha celebranda non fuerint Convocati Iudei in locum aliquem. (+) do Quod Sabbatha promulgata quidem sint, sed non ideo, ut confluerent Iudei in locum aliquem ad pietatis exercitia illic celebranda. Sed ideo, ut quisq; domi sua sederet, et in sola cessatione a laboribus Sabbathum ageret, absq; ullo pietatis Exercitio.

Sed. Resp. Absurdum est dicere: Iudeos Sabbatha celebrasse in nuda R. quiete Corporea, et abstinentia a

labo

laboribus, sine Pietatis Exercitiis. Debebant certe die Sabbathi Sacra exerceri publice. Ergo in locum publicum Confluxerunt Judæi. Locus vero ille publicus erat vocandus Synagogæ Locus.

(✱) In Defecto compensabant Tabernaculum, ibique erat ipsis locus Synagogæ. Sed postquam Templum Sanctum occuparunt, ad Tabernaculum confluere non poterant.

(✱) Sunt luculentissima testimonia, quibus comprobatur: Fideles Judæos inter se confluxisse, Cultumque publicum celebrasse extra Tabernaculum 1 Sam 9:19. 1 Reg 3:2. Ubi laudantur Excelsa cultui Dei destinata. Quæ P. Lightfotus habet pro Synagogis.

(✱) Liquidius est Psal. 74:8. Ubi memorantur מוֹעֲדֵי אֵל i.e. Solemnes Conventus statis diebus celebrati, et loca talibus Conventibus destinata, uti ades Sacra, publicoque Sacris Conventibus deputata extra Templum, i.e. Locus Synagogæ.

Objicit P. Durandus: inde non fuisse Synagogas ante Captivitatem Babyl. Horum ipse, quia Psalmus ille est Prophetiæus, et loquitur quidem de locis Synagogarum, sed earum Synagogarum, quæ demum post Captivitatem Babyl. erant erigendæ. Sed (✱) Resp.

hoc

hoc Buxmanni Subterfugium est quidem subtile, sed inventum: nam propterea vix futuras expingentes inventure Coloribus et lineamentis vix cum sibi jam antea cognitarum. Verbogo defumunt ex vitibus priorum temporum, quibus vivunt. (*) Nec jam disputem Hypothesin hanc Buxmannianam ab aliis non admitti, idem dico: Cf. Vitringa illud בתי קהלות loca Conventus adplicat ad Templum Hieros. in plurali Numero ob Templi Majestatem. Vel illud בתי קהלות interpretatur Vitringa de locis illis Religiosis, in quibus Deus se Patriarchis vetcibus manifestavit uti Bethel. &c.

(𐤇) Arg. pro Antiquitate Synagogarum ante Captivitatem quoq; Babyl. existentium. Si ante Captivitatem Babyl. Synagoge non exstitissent: Concipi non potest, quomodo statim post Captivitatem Babyl. vebus sub dorum adhuc tenuissimis, tot tantoq; Synagoge tam subito emergere potuissent, ut universam sub dam late implerent.

Ergo ab initiis Rerum Hebdomadarum publicos Conventus fuisse, locoq; Cultui publico destinata viguisse, Salvo aliorum jure adjecimus. Singularis tamen Sanctitas et Religio alligata erat primum Tabernaculo, deinde Templo. Ergo ex eo, quod Deus unum sedem sol. Templum, Cultui suo delegerit, non sequitur Synagogas non fuisse.

(𐤇) Arg. Act. 15:21. Jacobus in Concilio Hierosolymitano

sic

 Antiq. Hebr. P. I. De Legis Sanctis

sit locutus: Moses ἐκ γενεῶν ἀρχαίων ab ætatibus antiquis oppidatim habet, qui eum prædicent. Quippe qui singulis Sabbathis in Synagogis legatur. Unde patet per antiquam esse Synagogam, et ante captivitatem quoque Babyl. viguisse.

Obs. Jacobus Apost. primum Synagogarum initium non definit. Ergo (*) Multi tempore Enochi Synagogam incepisse dicunt, et eo, quod Gen 4: 26. Tunc cœptum est nomen Dei invocari. Alii (**) Tempore Abrahami Isaci et Jacobi, tunc enim cœptum est, ut ter in die oratio ad Deum fundatur. Unde Judæi ter hodieque orant, mane, meridie, et vespere. Observantque Judæi: (†) Abrahamum Auctorem sacrum precem matutinarum. nam Gen 19: 27. dicitur Surrexit Abraham mane, et exiit ad locum ubi stetit coram Jehova i.e. oravit. (‡) Isaacum Meridianarum Gen 24: 63. Exiit Isaac in Campum ad precandum sub vesperam. (‡) Jacobum Vespertinarum, qui simul statuit legem de nervo luxato non comedendo. Gen 28: 11. וַיִּפְגַּע בַּמָּקוֹם וַיָּלֶן שָׁם Et occurrit in loco illo et pernoctavit ibidem.

(7.) Usus Synagogarum §. 4. Usus Synagogarum constabat in Sacris Exercitiis, quæ erant (A) Precum §4. (B) Lectio Sacrorum seu Pentateuchi §4. (C)

Lectio

Lectio Prophetarum §. 5. (D.) Lectio &c. Rexit Semang §. 6. (E.) Flagellatio. §. 7. (F.) Circumcisio §. 8.

(A.) Precibus Synagogæ erant destinatæ §. 4. Perronius ait: Fama est conjunctas fortius ire preces. Sanxerunt ergo Judæi preces in Synagogis esse fundendas. Majmonides ait: Preces non exaudiri a Deo, nisi in Synagogis fundantur. Hinc eo Majmonides, quod Talmudici in Codice Berachot, i.e. Benedictionum Codice habent; Sanctus et Benedictus Deus in Synagogis invenirj potest. Item Schechinna seu Symbolum præsentiæ Dei adesse duobus tribusve hominibus Legi Dei operantibus. Quo verba Gemarici eorum conferunt cum verba Christi Matth. 18:20. Ubi duo vel tres εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα in nomine meo confluxerint, in eorum medio adsum.

Notante Buxtorfio in Synag. Jud. C. 10. pag. mihi 219. tria habent Judæi precandi tempora, Mane, Meridiem, et Vespertinum Hebr: שחרית צהרים ערבית. Unde preces matutinæ, meridianæ, et vespertinæ. Dicuntque eas originem habere a 3-bus Patriarchis: Abrahamo, Isaaco, et Jacobo, ut ante vidimus. Hæc tria precandi tempora observabat olim Daniel Cap. 6. v. 10. Ubi legimus: ter cum in terram prostratum, orasse in die. Apostolus quoque hæc tria precandi tempora observasse legimus, Act. 3:1. et 10: 3,--10. Ita et David. Psal 55: 18. Mane, meridie et vespere loquor, et Dominus exaudiet vocem meam. Has precandi horas solicite observabant Judæi: nam preces horis illis

illis fugas respondere ajebant Sacrificia jugi matutino, meridiano, et vespertino.

Curiosa sunt, quae Sanxere Magistri inter Orandum a Judaeis observare debere. (1) Ut precaturus manus faciem sibi lavaret. Exemplo Davidis Psal 26: 6,7. Lavimanus meas in innocentia. Purificatum enim precantis vocabant Cavum, qua Coelum aperitur. Si aqua deesset, tum arenâ, vel pulvere, aut festuca nocte Arcubum, se se fricare debebat. Hos Cxtiani ad internam purificatum referimus locum 1 Tim. 2: 8. Volo Viros orare in quovis loco manus puras attollentes absq; ira et disceptatione.

(2) Ut precaturus vestas Corporis partes et Vestenda manibus ne tangat, ob fudorem immundum. Aures non purget in Orandum, Caput ne fricet, nares ne emungat.

(3.) Ad preces se conferens, diu animum et Cor antea disponat.

(4.) Extra Terram Canaan Orans faciem Versus Palestinam convertat. In terra Canaan Orans, si extra Urbem Hierosol. esset, faciem versus Urbem Hierosol. diriget, ut et hodie Judaei in Anglia, Hispania, Germania precantes faciunt. juxta 1 Reg 8: 35. Si Hierosolymis Orat, faciem versus Templum dirigat.

(5.) Orans duos pedes suos conjungere debebat, ac si unum pedem haberet ad exeuntes. Ut Eccl. 1: 7. Ubi de Angelis dicitur: pedes eorum erant pes una.

(6.) Manus conjunctas et ad Cor positas habere

debe

debebat, non ad latera projectas.

(7.) Inter orandum non dexter oculus sinister fuere debebat, ne Angelos illic stantes commacularet. Ergo vel ad finistram, vel ad tergus debebat fuere, vel futuris muscinis excipere.

(8.) Si occipitus Ventris inopinato oranti excidit, precationem intermittere debuit, donec ingratus foetor recessisset. Vel si sensisset se occipitium ventris cohibere non posse, ex loco precationis debebat ad reces quatuor pedes recedere, ibique occipitium ventris edens dicere: Domine Creator mundi! tu nos foraminibus plenos creasti; quos obscurare non possumus. Tibi tumultuo nostra perspecta est. Ignominia plena est Vita nostra. Nihil aliud quam mijerci Vermiculi sumus in morte nostra.

(9.) Sternutatio inter orandum bonum habebatur signum, sed occipitis ventris malum omen habitum.

(10.) Totum Corpus huc illuc flectens Judaeus inter orandum jurat torquetque, secundum illud: Psal 35:10. Omnia mea ossa dicent: Domine! quis tibi similis

(11.) Singularis Oratio Matutina apud Judaeos est; dicta Us 7 17 quo hoc est: Sanctificetur et magnificetur magnum ejus nomen in mundo, quem ex beneplacito procreavit. Et regnare faciat Regnum suum. Faciat efflorescere Redemtionem suam, et jubeat advenire Messiam suum. Et populum suum liberet in vita vestra et diebus

vestris

vestris, et in vita totius Domus Israel, usque ad finem. In hac oratione duo sunt petitiones, quas Salvator orationi Dominicæ inseruit (.) Sanctificetur nomen tuum, (..) Veniat Regnum tuum.

(B.) § 4. Secundo sacri codicis quoque Lectio in Synagogis exercebatur, i.e. Pentateuchi seu 5. Librorum Mosis. Talmudici asserunt: semper Textum Hebraeum fuisse lectum, non vero LXX. Vitalem versionem. Philologi quidam et LXX versionem Lectam fuisse contendunt, quod haud verum est.

Permiserunt tandem Magistri Esthericis Volumen quod Megilla dicitur, lingua Graeca legi, nam Volumen illud caeteris S. Sacris libris minus Sanctum excedebant.

Quum autem Judaei per Provincias Orbis Rni dispersi, Lingua Hebraea oblivi, maximam partem Graece loquerentur, sanxerunt Talmudici, ut in Synagogis Hellenisticis Sacer Codex Lingua Hebraea quidem legeretur, sed in Gratiam eorum, qui Linguam patriam seil. Hebraeam parum callebant, Interpretatio adderetur ex LXX versione. Unde patet Judaeos majorem Sanctitatem Linguae Hebraeae adscribere quam aliis Linguis, quod absurdum.

Insignes Critici et Philologi ut Jos. Scaliger, Valtomus, Simonius &c. Contendunt: Hellenistas Judaeos Graecis Bibliis usos fuisse in Synagogis. Id probat Scaliger ex Justino Martyre, et Tertulliano, quorum tamen Testimonia parum

fida

fida esse docet Celeb. Vitringa in Synagoga V.

Plus speciei habemus in Novella Justiniana 146ta. Ubi legimus: exstitisse quosdam Judaeos Graecizantes: Qui circa medium Seculi 6-ti conati sunt versionem LXX. introducere in Synagogas, Unde cum contentio orta esset inter Judaeos quosdam; Imperator Justinianus ita litem dirimit: ut Explicationis gratia adhibeatur etiam Graeca versio LXX. Ex his patet: probari non posse solum Textum Graecum fuisse lectum in Synagogis. Certum quidem est: Interpretationis gratia Graecum quoque Textum adhibitum fuisse, sed quod Textus Hebraeus in totum depositus fuerit, probari nequit. In tanta itaque rerum Antiquitate parcius concludere possumus.

Obs. Judaei Hellenizantes poterant quidem in aedibus privatis LXX. versionem legere, non autem publice in Synagogis. Imo dicunt Magistri: Textus Hebraei Majestatem violatam loquique fuisse tunc, quum inde LXX. versio adornata est. Diemque illum, quo Ptolomaeus Philadelphus Rex Aegypti versionem illam fieri curavit, habent pro funesto. Sicuti Diem illum, quo Vitulus aureus conflatus erat, quo Judaei se se polluerunt. Legerunt Textum Hebraeum in Synagogis secundum סתם ubi occurrebat in margine, non vero secundum כתיב in Textu. Quid sit סתם et כתיב Vidimus in Instit. Gramm. Lectorem qui secundum סתם.

סֵפֶר non legit, excommunicarent Judæi.

Codicem in Synagogis legendum appellabant סֵפֶר Volumen, quod solet confici ex membranis vitulinis, in longitudinem aliquot Ulnarum consutis. In utroque extremitate Cylindri, vel ligna tornata adplicantur, ut eorum ope convolvi possit. Huic Volumini Lex Mosis percommodum inscribi solet. Tale Volumen adhibebant Judæi hodie quoque in Lectione Synagogarum. Ejusmodi Volumen profert hodie Bercolini, in Bibliotheca P. Regis Borussiæ. Ejusmodi Volumen venditum Lugd. publica Auctione Librorum Celeb. Hejmanni, quod Volumen ipse legi. Judæi cum tale Volumen vident advolant et summo cum zelo osculantur.

Observanda hic sunt hæc sequentia.

(1.) Ligna duo tornata, duabus Voluminis extremitatibus adplicita, argenteis laminis obduci solent, et adpellantur Ligna vitæ ex Prov. 3: 18. Sapientia est lignum vitæ iis, qui adprehendunt eam.

(2) Cum חַזָּן i.e. præcentor, Volumen illud arcâ eximit, Singuli Judæi clamant illud, quod olim Moses proficiscente Arcâ, canebat: Surge Jehova et dispergantur inimici tui a facie tua. Num 10: 35. Item canebant id quod est Isa 2: 3. Ex Sione exibit Lex, et Verbum Dei ex Jerusalem. Cum vero Arcam claudebat, dicebant Judæi: Bene

dictus

dictus qui dedit Legem populo suo Israëli, cum Sanctitate sua. Precentor Librum in manum sumens canebat Psal 34: 4. Magnificetis Dominum mecum et nomen ejus exaltetis. Coetus vero Judaicum adclamabat id quod est Psal. 99: 5, 9. Exaltate Dominum Deum nostrum, et incurvate vos Scabello pedum ejus, quia nomen ejus Sanctum est. Dum vero Precentor Librum in Suggestum ascendebat, omnes Judei adcurrebant, Librum osculabantur. Uni vero ex Libris attingere non poterant, cum manu sua tangebant, tandem manum osculabantur. Suggestus vero vocabatur ארגמן Judeis vox ignota est enim Arabica.

(3.) Almemor. seu Suggestus tapetibus Sericeis tegebatur. Charran seu Precentor Librum Suggestui adponens, accedebat יד i.e. Ædituus, mandabatque Precentori quemnam ad legendum vocaret.

(4.) Tum ad legendum vocabatur a Charane aliquis כהן i.e. Sacerdos. Summus enim honor erat ei, qui primus ad legendum vocatus est. Assidens Lector stare debebat inter Charanem et Saganem, i.e. Precentorem et Æditurum, libroqs oculis figebat. Tum Charam Sumto stylo argenteo, Lectori ostendebat Sectionem qua ad legendum sequebatur. Tum Lector Lectionem aggressurus primum clamabat ad Populum: Benedicite Deo Benedicto!

Coetus

- Judei.

m adpellabant יד
brcanis vitulinis, in
futis. In urcaqs excre.
adplicantur, ut eorum
ri Lex Mosis per Com.
en adhibebant Judei
rcum. Ejusmodi Volu.
Bibliotheca P. Regis
ditum Lipsiæ publica
ri, quod Volumen ipse
dent advolant et

equentia.

luminis excenita.
Bonci solent, et appel.
Sapientia est lignum

Volumen illud accu
, quod olim Moses pro.
ora et dispergantur
ss. Item canebant id
ex, et Verbum Dei ex
Dicebant Judei: Bene
dictus

Coetus respondebat: Benedictus sit Deus in Seula. Lector iterum exclamavit: Benedictus Tu Deus Legislator, qui nos præ aliis Gentibus elegisti, nobisq; Legem tuam dedisti. Post hoc Verba Lectionem Legis adgrediebatur. Finita Lectione, Librum deosculabatur, panno fericeo eum involvebat: Lectionemq; suam hac Benedictione claudebat: Benedictus Deus qui creavit nos ad Gloriam suam, separavit nos ab exercantibus, deditq; nobis legem Veritatis. Populusq; tum omnis dicebat: AMEN. Postea alii duo Lectores advocari solent, unus Levita, alius Israëlita, qui eadem agere solent qui primus Lector. Sic multæ Cæremoniæ inutiles sunt apud Judæos in Lectione Legis. Vide Buxtorfium in Ejus Synag. C. 14.

(5.) Admittebantur ad Lectionem Legis omnes Israelitæ exceptis Servis, Mulieribus, Virginibus, Coecis, Stolidis, et inhoneste vestitis.

(6.) Tempus Lectionis erat Sabbathum, ejusq; hora matutina. Item Festa Statuta, ut Novilunia, Jejunia, Encænia, Mensis Purim i.e. Julius. Item Dies Lunæ et Jovis.

(C.) §§. In Synagogis Lectio Prophetarum, Lectioni Legis subjungi solet, quæ Prophetarum Lectio vocatur הפטרה a פטר dimittere, solvere, quod finita

Lectione

lectione hac Prophetica, plebs e Synagoga statim sit dimissa, Synagoga soluta. Ut in Ecclesia primitiva finita Concione, dictum est ad plebem: Ite, missa est. Vel dicta est hoc Lectio Proph. הַפְטָרָה quia tempore Persecutionum intermissa semper fuerit, ne Lectioni Legis adjuncta fuerit.

Distinguuntur Prophetæ in priores et posteriores. (o) Priores sunt: Josua, Samuel, et Scriptores circum a Judicibus, Regibusq; Judæis gestarum. (oo) Posteriores Prophetæ Esaias, Jeremias, Ezechiel et 12. Prophetæ Minores Hoseas, Joël, Amos, Obadias, usq; ad Malachiam inclusive.

Hos Libros Prophetticos non legebant totaliter a principio ad finem. Sed in his Prophetis legebant illa th. loca quæ Parallela erant Locis in Libris Mosis contentis, ut sic Lex Mosis per Prophetas illustretur. Sic in Esaia legebant Cap 42. v.5. Sic ait Jehova: qui creavit Cœlos, et qui extendit eos &c. quia hæc verba occurrunt in Lege Mosis Gen 1:1. In Principio creavit Deus Cœlos &. Sic in aliis Prophetis procedebant. Atq; hoc erat Institutum optimum. Ut Lectioni Legis Lectionem prophetarum quoq; adjunxerint.

Ex Hagiographis ut ex Libris Salomonis, ex Proverbiis Ecclesiaste, Canticis. Item ex Threnis. Jeremiæ. ex Jobo, ex Libro Ruthæ, Estheræ, nil in Synagogis legebant. Verum in Festo

Taber

Tabernaculi, Paschatis, Pentecosten, et Mense Purim i.e. Julio solebant etiam ex illis Libris legere. Ita ex Esra, Nehemia, Daniele, Psalmis, non solebant Haphtaras dicere et legere. (•) quia in Libris his omnibus non adeo occurrunt loca paralella, quæ respondeant Locis librorum Mosis. (••) quia libri hi omnes sunt sublimioris stili, quam ut a populo intelligi possent.

Ad latus Lectoris stabat Interpres, qui id quod Lector legebat, viva voce ad populum explicabat. obs. talia quæ nitem reagicumq; Capitis continebant, legebantur quidem a Lectore, sed non explicabantur ab Interprete. ut (•) mœstus Rubenis cum Bilha. (••) Adulteri cum Davidis cum Bersabe. Et (∴) Vituli aurei Historia, ut Rubenis, Davidis, et Aaronis honori faverant. Et dolendum sane est, Concionatores quosdam hodie de talibus Materiis Concionari, quibus magis ad mala eum Auditoribus potius dant, eosq; peccare potius docent, quam ad pietatem accedant.

(D.) 10. § 6. 9n Synagogis fiebat Lectio שמע i.e. Recit Semang. Est hoc religiosa Lectio Periopa illius quæ est Deut 6: 4.—10. quæ incipit a Verbo שמע Audi Israel! ego sum Jehova Deus tuus unus. Cui Periodo alicuam quoq; adjunxerunt ex Deut 11:

11: 13---22. Item Num 15: 37--41. Atque sic totum שמע קרי Recit Semang Constabat ex 3bus Pericopis his: Ex (·) Deut 6: 4--10. (··) Deut 11: 13--22 (···) Num. 15: 37--41. Quod bene notandum, ut fraudem objici at Auctoritas cl. Lightfoti, qui Lectionem שמע confundit cum recitatione quatuor illorum Textuum, qui Philacteriis includebantur. Quos Textus Auctor noster notavit §6. Qui sunt (+) Exod 13: 3-10. (‡) Exod 13: 11--16. (⁜) Deut 6: 5--9. (⁜) Deut 11: 13--- 21.

Prima et praecipua Pericopa est Deut 6: 4--10. Quae incipit a שמע audi: Sancta huic formulae mirificum vim et potentiam adscripserunt Pharisaei. In Codice Talmudico Berachot i. Benedictionum, materia hoc infinito verborum ambitu ventilatur. In hac Pericopa: Audi Israel! Ego sum Deus tuus יהוה Unus, praecipue voce huic יהוה incredibilem vim adscripserunt. Cujus vocis יהוה recitationem religiosissimi Judaei ad horam et ultra quoque tremulo suo proferre solent. Invidiam hoc ipso (1) triam moventes, ac si nos unitatem Dei tolleremus, quod tres Personas credimus.

Non tantum in Synagogis, sed privatim quoque mane et vesperi obire solebant debebant ab omnibus Israëlitis

litis recitatio hujus Pericopæ: Audi Israel! Ego sum Jehova Deus tuus unus, ut eo, tanquam religioso Symbolo, reflorescentur se ejus vetos Israëlitos, unitatis Deo defensores.

In Codice Decalog, punctum quoq; temporis matutini et vespertini definitur, quo recitatio illius Shemä fieri debebat (o) Mane intra quadrantem ab ortu Solis. (oo) Vesperi vero statim sole occidente. Sed hoc Pharisaicam plane superstitio nem olebat.

Lectio harum Pericoparum Audi Israël &c. per se nil absurdi continebat; Sed Pharisæi ea absurda fuere, restringentes ad certum temporis matutini et vespertini punctum. Sicq; inexcusabilem vim et efficatiam illarum pericoparum lectioni inesse existimabant, haud secus ac Pontificii suis Rosariis, vim demonas fugiendi, et quodvis malum depellendi inesse superstitiose negantur.

§ 6.

Transeo ad ipsa Philacteria, ubi (†) dabo Nomina. (‡) Instrumenta illa describam. (‡‡) Sub examen revocabo Quæstionem haud parvi momenti, scil. etn Philacteria divino Institutionis sint, vel Superstitionis tantum, et novationes Pharisaicæ.

(†)

(ד) Quantum ad Nomina Philacteriorum (1) Principe gradu ponendum nomen φιλακτηριον. Ludibrio Excudit + Custodia. Isidis est Lixanus, qui componit ex Greco φυλακή et Hebreo תורה Lex. Idem notum est omnibus φυλακτηριον venire ex φυλαττω vel φυλασσω Custodio, Conservo, Excuso, qui notationis hujus hanc adferunt rationem. Quod Instrumentis illis scil. Philacteriis tanquam adminiculis, memoria Legis Divinæ altius animis infixa et Custodita fuerit. Dubium enim esse nequit, dicta potius esse Philacteria ex Usu Judæorum frequentissimo, Instrumenta magica. Quibus Dæmones propulsari, morbos, pestes, et quævis mala averruncari, superstitiosa Veterum credebat. Latine Servatoria, Amoleta, ab amoliendo. Phrygii nimirum vim his Philacteriis inesse mugabantur, quod iis omne malum dispellatur. (2) Hebraeis vocatur hoc Philacterium תפילין pp. Precatoria instrumenta. Censebant enim Pharisæi Precationem vitæ peragi non posse, nisi fronti et brachiis Philacteria alligentur. (3) ita Hebr. תפילין qua de voce infra.

(ה) de Quid Philacteria fuerint? Sumebantur duo loca Corticea in nodos implicata. Quorum in uno quatuor erant loculi seu foraminа, in altero tantum unum foramen.

(1) Quod

(o) Quod locum 4 habebat foramina fronti alligabantur, |: ut frontale nostrarum multarum :| ut versus nasum dependeret. Id vocabatur תפלה של ראש precatoria Capitis, vel Frontalia. (oo) Quod unum habebat foramen, id sinistro brachio alligabatur, et vocabatur תפלה של יד precatoria manus, vel brachialia. Ita fere debebatur vero locum illud, seu ita accommodabatur, ut in eo nomen Dei שד"י exprimeretur.

Dixi in Phylacterio frontali 4. fuisse בתים 4 cellulas seu foramina, quibus 4 Schedulæ ex membrana pavata inserebantur, quæ 4 Pericopas biblicas sibi inscriptas habebant. (+)-mi foraminis Schedula erat inscripta Pericopa Exod 13: 2--10. Sanctifica mihi omne primogenitum. Mementote diei ejus, quo egressi estis ex Ægypto. Septem diebus comedite panes azymos. Ut sit tibi signum ad manus tuas, et pro frontali inter oculos. (+)di foraminis Schedula inscripta erat Pericopa ibidem Exod 13: 11---17. (+)tii foraminis Schedula inscripta erat Pericopa Deut 6: 4---10. (+)tii foraminis Schedula Deut 11:--13---22. Sed mittimus has nugas, qui de Phylacteriis plura scire desiderat, adeat P. Joannem Buxtorfium de Synagoga V. ubi rem hanc elimate elaboratam habebit.

(+)tio Ventilabo Quæstionem Vexatissimam: An Phy-

Phylacteria hoc ex auctoritate Mosaica procluxerint, sintq; institutionis Divinæ, vel Pharisæos Dr. habebant Auctores et Architectos? Controversia hoc antiquis quoq; temporibus inter Judæos est agitata. nam ut nostri monet Rebandus: Carodi Scripturarios i.e. Scripturarii Traditionum hostes acerrimi, S Sancæ Dr. inhærentes, Phylacteria non gestant, ea explodunt, dicuntq;: Loca illa Mosaica, ex quibus ejusmodi Phylacteriorum Pharisæi componunt, aliam habere mentem, quam ut loca illa Phylacteriis inscribantur et in fronte et brachiis gestentur. Carodi sunt homines optimi, genuina propago Israëlitarum. Pharisæorum hostes, qui Traditiones similares, quas Pharisæi finxerant, explodebant, Solam S. Sanctam observabant. Unde Talmudici multis Calumniis Carodos onerarunt. Ergo Pharisæos confercimus cum Pontificiis putidissimarum Traditionum Auctoribus. Carodos cum Reformatis, qui unice verbis Dei inhærent, et S. Sancta sunt defensores.

Sunt inter Philologos nostros, præstantia Nomina, quibus Auctoritas Talmudica eo usq; ob oculos glaucoma offudit, ut Phylacteria auctoritatis Divinæ, et institutionis Mosaicæ fuisse jurent; imo Certum quoq; Phylacteria gestasse contendant ex Matth 9: 20. et Luc. 8: 44. Ubi legimus: Mulierem sanguinis fluxu laborantem, retigisse κρασπεδον fimbriam Vestimenti Christi, Ubi κρασπεδον vertunt, oram, extremitatem vestis vel Togæ. Certum

est

est: Deum jussisse id genus fimbrias arcum Judaos gestare: has tamen fimbrias Pharisaei in vanam superstitionem mutarunt. Quam Salvator palam reprehendit: μεγαλυνουσι πποδουσιν, magnificant fimbrias suas.

Probare conantur Philologi nostri una cum Talmudicis, usum Phylacteriorum, ex eo, quod expresse jubet Deus apud Mosen, ut Legem Dei frontibus et brachiis alligarent. Exod 13: 9. Deut. 11: 16. Erit tibi in Signum inter manum tuam et oculos tuos. Ita et Deut 6. 6. Verum Resp. (•) Sana ratio docet: Mosen ibi loqui, non tt. de verbis illis, quæ locis illis citatis continentur, sed de universa totaque Lege Dei. (••) Verba illa allegorice sumenda esse, non proprie. Scil. Alligabis Verba mea fronti et manui tuæ, i.e. habeas Legem meam Charam acceptamque tibi, instar pretiosissimi cujusdam monilis, quod fronti collove alligari solet. Vel instar gemmulæ cujusdam radiantis, quæ ut insigne decus, et Ornamentum digitis adplicatur imprimis Virginibus.

Hanc Interpretationem sequuti allegoricam confirmant illustria loca, quæ pariter allegoricam requirunt explicationem. (1.) Prov. 1: 9. Audi meam Disciplinam, nam illa erit tibi Corolla pretiosa in Capite tuo, et torques in Cervicibus tuis. (2) Prov. 3: 3. Benignitas et fides ne te deserant, alliga eas Cervicibus tuis, et inscribe Tabulis Cordis tui.

(3) Prov

(3.) Prov. 6: 21. Praecepta mea ligabis super corde tuo jugiter, et circumcibus tuis obtorqueto. Hoc si quis literaliter sumat, indeqs Phylacteria seu amoleta, circumcibus, frontis, cordi, brachiis appendenda ad quovis mala avertenda, eliceat, ludibrium debet Criticis. Ergo locis illis Mosaicis, quod jam sepe vidimus, insigne orationis Metaphorica lumen inest, non vana illa Pharisaeorum Phylacteria

Explicationem nostram firmabit origo et genuina potestas Vocabuli תוטפות quo Philacteriam exprimitur; quod a plerisqs miserime vexatum, clariorem in luce collocabimus. (+.) Ignorantiam sapit, quod Talmudici conflatum dicant id Vocabuli ex duobus, ex Aegyptiaco (·) טפ, et (=·) ex Assyrio תפ quod utrumq et טפ significat duo, et תפ significat duo. Unde bis duo sunt quatuor. Sicqs illis bis duobus i. e. numero quaternario volunt exprimi quatuor Phylacterii frontalis foramina seu cellulas. (∓) Alii תפ טפ dicunt ejus Vocabulum totaliter Aegyptiacum et notarunt perspicilla quod est negatorium.

(∓) (. Godvinus quoqs infeliciter hujus vocis Etymo manum admovit, derivans ex Rad. פלט motitavit, incedere. Unde תפוט, per Antiphrasin, vult appellari quasi loca immobilia, suis nodis in fronte et brachiis adfixa firmiter. Sed frigida hoc Criticis, quo Hyperboreas quoqs nives superat.

(∓) (. Buxtorf. Radicem ponit פלט sed quo nullam significationem habet.

(∓·) Nobis Radix est פ·ט ut et Doct. Fullerus notavit.

Unde

Unde geminatis Radicalibus, natum est Dercis. דרכים
Toftaf. quod quoniam pronunciatu durcius fuit, extorsum
prius פ. mansitqs ברכים. Ut ex כרב primum כרבב,
mox כברב. Ut ex Golgolta, mollius: Golgota.

Radix דרכ in Sacris non occurrit quidem, sed Arabibus frequentata, duplicem habet potestatem. (·) Circumdare. (··) tremulo motu vibrare. Utrumqs conspirare potest ad vim vocis nostrae pandendam, quam suam fuisse statuimus in Monilibus et ornamentis insignibus tremulo fulgore vibrantibus, et Collo, fronti, manibusqs circumdari solitis. Hinc patet vanitas Talmudicorum, qui inde Corniculas sua lorca et Phylacteria elicuerunt.

§. 7. (E.) Quinto Flagellatio in Censum venit. Flagellatio et Excommunicatio peragebatur non tt. in Synedris, sed etiam in Synagoga. Commodior nobis occasio erit agendi de Flagellatione et Excommunicatione cum agemus de Synedrio. hic interim de Flagellatione obiter aliquid monebimus. (·) Erat hoc Poena non Capitalis. De ea mentio est Matth 10:17. Jrem 23: 24. Act. 22:19. Ubi Pauli Apostoli flagellatio memoratur. (··) Non semper Politica poena fuit. nam in Synagogis quoqs peragi solebat post preces peractas, et post confessionem alterc alterius loco cadebat.

Taliter vero Flagellatio peragebatur: (I) Dimi

semper

semper in peculiarem Scholæ locum ire solebant.
(2.) Hunc alter hunni decumbebat versus ad meridiem
versus, facie versa ad Septentrionem, vel vice versa: num-
quam vero ad Orientem vel Occidentem, illis enim locis
majestatem Dei ipse observabant. (3.) Alter loco bovino
39. ictus ei infligebat. (4) Qui flagellabatur, is ad singu-
las Confessionis sub voces ictum pectori suo infligebat.
(5.) Ipse vero flagellator ex Psal 75: v. 38. excitabat. Sic
ita se habet: Ipse misericors condonavit iniquitatem,
nec perdidit, et multiplicavit, ut averteret iram suam,
nec excitavit omnem iram suam. Constat hic versus in
Textu Hebr. 13. Vocibus, ad unam quamq; vocem unum
ictum infligebat procumbenti. Qui primum flagellabat,
mox humi procumbebat, et a Socio suo pariter flagella-
batur. Videtis hic afinos se mutuo ferire, lasciviis-
que pascere. Appellant Flagellationem Mallem. Extat
Lex Deut. 25: 3. ubi jubetur, ut flagellando 40. plagæ
seu ictus infligantur. Judæi tamen semper 39. plagas
infligebant, ut et ~~Christus~~ 2 Cor. 11: 24. refert Paulus
Apost. se 5. vicibus flagellatum fuisse in Synagoga,
et quilibet vice accepisse 40. plagas demta una. Rabbi
nationem dant, cur non 40. sed tantum 39. plagas in-
tulerint flagellando, atqui Lex jubet 40 infligendas.

Ratio

Rão hoc est: quia flagrum constabat 3 bus lorais, quorum 3 uus lorum longius erat duobus reliquis lorais; ita ut totum Corpus flagellandi cingere posit. Jam flagello 3. lora habente faciebant 13. vicibus. Si 13 ictus faciebant 39. plagas. Si 14. tum ictum di-
disset, tunc contra Legem 42 plagas miseris reo intulisset. Vide de his Prolationem Joh. Buxtorfii, ad Historicum Vicum Mordanum, Libello de Abbreviaturis prefixam.

(F.) Circumcisio etiam in Synagogis peragebatur. Spectat hoc Materia ad Forum Theologicum, quare ea P. hic adferam, quo provinciam nostram his in Antiquitatibus ornant.

(I.) Obs: Circumcisio seu Abscisio preputii fuit Signum et Sigillum Foederis Dei cum Abrahamo ejusq; Semine Israëli iniit. Sic enim Gen 17: 10. Deus ad Abrahamum infit: Hoc est Foedus meum inter me et te, et Semen tuum post te, quod servabis, ut Circumcidatur inter vos omnis mas. Neglectum hujus Circumcisionis manebat poena 5175 Exitio-nis e populo Israëlis v. 14.

(2) Obs. Dies Circumcisionis est 8-vus post nativita-tem Infantis, etiam si 8-vus ille Dies incidat in Sab

Sabbatum, tamen illo die debuit infans circumcidi, hinc
canon Judaicum: circumcisio pellit sabbatum. Ita Joh.
17:12. ait Salvator: Et die Sabbathi circumciditis hominem.
Obs. ob morbum tamen infantis, aliamq; causam gravis-
simam potuit circumcisio differri in diem 9 num.
debuit fieri die non nocte. Legitima erat sub aurora
nascente, ut notat Majmonides.

(3.) Obs. Quæstio curiosior quam utilior: Cur Deus 8vum
diem circumcisioni ordinavit? Resp: Judæi: Quia primum
debuit infans benedici, ac benedictione perfectus reddi,
deinde circumcidi. Jam vero dies 7 mus est, qui 7 mus
dies est Sabbati dies. Ita infanti dies benedictionis sub
est 7 mus sub nativitatis dies. Ita 7 mo die benedictionem
accepit, et 8vo circumciditur. Sed hæc sunt inepta Ju-
daici cerebri commenta. Rectius existimemus igitur, 8vum
diem circumcisioni divinitus præscriptum igitur (*) quia
Matres 7. a partu diebus legali sanctione adhuc impuræ
propr sanguine calente pollutæ censebantur. Infans quoq;
7 mo adhuc die pollutus censebatur. Ergo expectandus
erat dies 8vus, quo infans purgatus circumcideretur.
Vide Levit. 12: 2, 3. Ita bos, agnus, capra, 7 mo a par-
tu die adhuc impura censebantur, et Sacrificio inepta.
Demum 8vo die et deinceps pura habebantur Lev. 22: 27.

(*) Ut

(**) Ultra Gyrum vero Diem voluit Deus Circumcisionem differri, ideo, ut lotarcentur parentes Infantes statim post purgatum Sanguinem Federi Dei inferi. (**) Mystica Ratio hoc est, ut moneamur nos in prima adhuc statula Spirituali iterc debere circumidi. (**) Ut peractis 7. Novae oeconomiae Periodis, Filiorum Dei corda plenissime circumcidecentur. Abolita omni iniquitate, et rejectis Carnis propatiis, Coelestibus et Spiritualibus ornamentis refulgeremus.

(*) Ceremonias Circumcisionis quod attinet: (1) Die octavo Nativitatis Infantis mane ad Circumcisionem se se Judaei praeparant, et ante omnia duo sedilia disponunt Tapetibus et Sericeis pulvinis, pro cujusque facultate frequenter, ornantque. (2.) Tunc Initiationis arbiter, qui Susceptor vel Compater vulgo audit, sedet, et prope sedilia consistit. (3) Illi ‏מוהל‏ i.e. περιτομεὺς vel Circumcisor adsistit. (4.) Accedunt Judaei, qui alta voce clamant, ut quae ad Circumcisionem necessaria sunt adferantur. (5.) Accedunt Pueri, quorum unus Facem ingentem et 12. paribus minoribus compositam adferunt in memoriam 12 Tribuum Israëlis. (6.) Alii Scyphum rubri vini. Alii novaculam. Alii Sartellam arena. Alii Sartellam olei. Alii linteum tenue, infantis vulneri mox alligandum.

(**)

(**) Post hoc allata, (1) Arbiter Initiationis altercum sedem occupat, Cujus e Regione stat Circumcisor, canitq; canticum illud, quod Israëlita Marce rubrum transgressuri canebant. (2.) Infantem Mulieres adferunt ad Januam Domus Synagogæ, ibiq; subsistunt, |: nam mulieribus licitum non erat tunc ingredi Synagogam vicorum :| (3) Tunc Susceptor surgens de sede sua, accedit ad Januam, infantem tollit e sinu Mulieris, locumq; cum infante repetit, universo populo acclamante: בָּרוּךְ הַבָּא Benedictus qui venit.

Obs. in voce הַבָּא Caballistæ exsultant Numerum 8-narium. Interpretantursq; Caballistæ: בָּרוּךְ Benedictus qui venit suo Die, i.e. infans ille Circumcidendus. Ex eodem הַבָּא per abbreviaturas faciunt Caballistæ tres voces, הִנֵּה אֵלִיָּהוּ הַנָּבִיא Ecce venit Elias, qui nps Angelus Fœderis dicitur. Existimant enim Judæi Eliam Prophetam semper præsentem esse in Circumcisione, et sedem alteram occupare, ut observet, an Circumcisionis Fœdus vitæ peragatur, suscipiturq; enim: Ecce Angelus Fœderis quem optatis. Unde alterum illud sedile occupatur כִּסֵּא שֶׁל אֵלִיָּהוּ sedes Eliæ. Fradunt Jud. Magistri: Cum aliquando per Hostes impediti fuissent Judæi quo minus Circumcisionem exercere possint, tantum animi dolorem inde concepisse Eliam ut in Pelusia quadam latitans vitam cum morte comutare decreverit. et cum eum Deus ita alloquentem 1 Reg. 19: 20.

Quid

Quid hic agis Elia? Respondit ille: Zelo zelatus sum pro Dno Deo Exercituum, quia Filii Israël derelinquerunt pactum Dni. Scil. pactum Circumcisionis. Fuerat Deum promisisse Elia, cum in potestatem Circumcisionem semper interfuturum, ne filii Israel pactum illud amplius intermitterent, sed rite recteque semper administrarent, sicut scriptum est: Ecce Angelus Fœderis venit &c. Cum igitur Judæi Sellam illam in Domo Circumcisionis in medium collocarunt, sternuntque tapetibus et pulvinis sericeis, viva voce clamare solent: Hic est sedes Elia, nisi enim hoc facerent Judæi, Elias tanquam non invitatus, ad Circumcisionem non veniret.

